Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
38 MA
30

159

Campensis Ioannes

Vide infra

PSALMORVM DAVIDIS, ac CONCIONIS Salomonis Eccleſiaſtæ iuxta Hebraicam ueritatem Paraphraſis, per Ioannem Campenſem.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Baſileæ apud Nicolaum Epiſco-
pium iuniorem. 1553.

Ad Usum Fris Josephi
[illegible] Carmelitæ

IOAN. DANTISCI E. C.

in eandem Paraphraſim

Epigramma.

Pura mente deũ ſi uis cognoſcere lector,
Et quis ſit ueræ relligionis amor:
Et quib. ipſe modis deus eſt orãdus, et illi
Fidere quo poſsis pectore, labe reus:
Hæc lege diuini ſacrata poemata uatis,
Qui fidei noſtræ fons & origo fuit.
Ex cuius ſacro mundi ſeruator Ieſus
Semine, mortali corpore factus homo eſt.
Cum falſis ueteres dijs interiere poetæ,
Nominis illorum fabula ſola manet.
Hic cum perpetuo uiget omni tempore Chriſto,
Iſtud & in terris dulce reliquit opus.

Dulce quidem numeris, ſed ſenſu dulcius omni
Melle, qd' ex Hybla ſedula legit apis.
Clarius hoc tãdẽ Cãpenſis reddidit orbi,
Interpres linguæ cãdidus Hebraicæ.
Perlege, ne pigeat, mentẽ ſuper aſtra leuabis:
Plusq; fies pius q̃ modò lector eras.
Non hic Caſtalios ficto de fonte liquores,
Sed quos dat Chriſti ſpũs, ore bibes.
Quæ quondam priſci finxere poemata uates,
Mentitis pollent omnia plena iocis.
Hic eſt firma fides, hic ſpes, hic feruor amoris:
Quem quiſq; in ſummum debet habere deum.

FINIS.

REVERENDISSIMO D.
Ioanni Dantiſco, Culmenſi epiſcopo,
Regis ſereniſsimi Poloniæ apud Cæ-
ſaream maieſtatem Ora-
tori, etc. Ioãnes Cam-
penſis S.

HABES *tandem, modis omnib. ornatiſsime præſul, ſuccinctam in* Pſal*mos omnes paraphraſim, iuxta* Hebraicã *ueritatem, in qua cum uerbũ uerbo reſpondere non potuerit, uerſus tamẽ uerſibus ſecundum* Hebræorum *exactiſsimam diſtinctionem, exactè reſpondent: qui uulgata editione plurimis in locis confuſi, rem per ſe alioqui obſcurã plus ſatis, ob-*

ſcuriorem reddiderunt. Quis autem fuerit autor huius editionis, qua Eccleſia utitur, mea non multum refert: hoc unũ tantum affirmo, indignam eſſe quæ diuo Hieronymo *tribuatur.* Conſtat *hunc per omnia* Græcam *editionem ſecutum, uertiſſe quicquid uertit, cuius non minus obſcurus eſt autor, quàm eſt noſtræ huius.* Certum *enim eſt ex ipſo* Ariſtea, *qui ſeptuaginta duos interpretes iuſſu* Ptolemæi *regis in* Aegyptum *perduxit, quiq́; quid egerint, quomodo à rege excepti fuerint, quot horas uerſioni ſingulis diebus impenderint, quodq́; non ſeptuaginta cellulis alij ab alijs ſecluſi fuerint, ſed in una domo conſultantes inter ſe, conſonũ quiddam ediderint, quod* Græco Demetrio *deſcribendum traderent, unico libello complexus*

pleχus eſt. Ex *hoc ergo certum eſt, et ex* Ioſepho *in præfatione* Antiquitatum Iu*daicarum, imò ex ipſo diuo* Hieronymo *non uno tantum loco, ipſos ſeptuagintaduos, tantum legem, hoc eſt, quinq; libros* Moſi *in linguam* Græcam *tranſtuliſſe: abſoluerunt enim id, ad quod uocati fuerāt, eo, inquit* Ariſtæas, *dierum numero, quo erant ipſi, hoc eſt, duobus & ſeptuaginta.* Hæc *paucis hic non ſine cauſa commemorare libuit, propter receptam, ſed perniciosſam perſuaſionem in* Græcis *de ſeptuaginta, et* Latinis *de uulgata editione, quòd ea ſit diui* Hieronymi: *atque ob id in neutra quicquā mutare ex ipſis* He*braicis fontibus liceat: cum extet iuxta* Hebraicam *ueritatem editio alia, quam certiſsimum eſt eſſe ipſius* Hieronymi,

 quamuis

quamuis eccleſia, neſcio quo modo, eam non receperit. Qui ergo nunc conatur melius quiddam afferre, quàm uſu receptum eſt, non diuerſum à Hieronymo *cũ iniuria ſanctiſsimi & doctiſsimi uiri facit, ſed idem penitus, quod olim faciebat ipſe.* Verùm *hæc hactenus. ad me enim non multum pertinent, qui non interpretem ago, ſed paraphraſten, quiq́; autoritatem in eccleſia nullam ambio, nec cuiquam iniuriam facio, niſi fortè obſcuros locos, eosq́; non paucos, ob nimis ſcrupuloſam in reddendo uerbum uerbo fidem explicuiſſe alijs uerbis apertioribus, ſit iniuriã facere.*Ego *tantùm natiuũ quendam guſtum horum* Pſalmorum *dare uolui, futurum ſperans, ut olim eccleſiæ conſenſu totum uetus teſtamentum doctis, et*

linguarum

linguarum peritis in noſtram linguam transſerendum committatur: quemadmodum audio hunc noſtrum ſummum Pontificem Clementem ſeptimū ante nuperrimam Romanæ *urbis expugnationem tentaſſe, ut uidelicet ea prouincia ſex* Iudæis, *&* ſex Chriſtianis *Hebraicè peritis mandaretur. Sed ad rem noſtram reuertamur.* Hanc *paraphraſim, quam tantopere in publicum prodire cupis, maxima ex parte ante aliquot annos* Louanij *cùm linguam* Hebraicam *in* Buslidiano *collegio profiterer, auditoribus meis nõ in hoc dictaueram, ut unquam euulgaretur: ſed ut aliquos ad ſtudium* Hebraicarum *literarum inuitarem, re ipſa oſtendere conatus ſum, non utilem ſolum, ſed neceſſariam fore ad ſacros autores intelli-*

gendos, eius linguæ nonnullam cognitio nem: quod quàm uideatur uériſimile alijs neſcio, de me hoc dicere poſſum, quòd nullis cõmẽtarijs in hũc Pſalmorũ librũ, puto enim me omnes propemodũ legiſſe qui aliquo modo in precio fuerint, tãtum adiutus fuerim, quantũ exigua, imò pro= pemodũ nulla huius ſacroſanctæ linguæ notitia. Habe itaq; mi Dantiſce, non no= ſtri tantum ſeculi præſulum decus, quod à me nullus impetraſſet alius, quantũuis id multi conati ſint, & boni et docti, nec mediocriter magni uiri: nõ quòd illos iu dicauerim hiſce meis nugis indignos, ſed quòd mihi perſuadere nunquam potue= rim, aliquid ineſſe quod doctis placere poſſet. Quid ergo cauſæ ſit fortaſſe tu ip ſe rogabis, cur nunc tibi dem quod nullis

dare

dare conſtitueram. Paucis reſpondebo: Fama nominis tui, qua mihi annis non paucis cognitus fuiſti, & ipſa præſentia, quæ famam adeo non minuit, ut auxerit etiã uehementer, cogunt me credere plus tibi, quàm mihiipſi. deprehendi enim nõ fallacibus argumentis reculam quandam in te, oportet enim minimũ quiddam eſſe quod uix ulla lingua pluribus dignata eſt ſyllabis, quàm una: ex Hebræis eſt לב. *Græcis* νοῦς, *Latinis mens, tu ſi uoles ex reliquis linguis addes, nouiſti enim totius Europæ fermè omnes: hæc certe ſyllaba magis me rapuit in amorẽ tui, quàm ullæ tuæ opes, aut in me innumera alioqui beneficia. & quid me nõ raperet? cùm per eam cũ ſumma eruditione, & nequaquã Sarmatica ciuilitate coniunctã, ad pontificale*

ficale culmē euectus ſis, & merito apud potentiſsimos principes tam ſit gratioſus meus hic Sarmata, ut ſi quidlibet indutus celeberrima per loca uadat, omnis Dantiſcum deceat color, et ſtatus, et res. Vale domine mi, & has qualeſcunq; laboris mei primitias conſule boni: meliora tibi promitto, & alia multa, & hæc fortaſsis ipſa, ſi Deus uitam conceſſerit.

Norimbergæ, tertio Maij. 1532.

IOANNIS CAMPENSIS in Pſalmos paraphraſtica interpretatio.

Beatus uir qui. Pſal. I.

MOdis omnibus beatus eſt ille uir qui non ſecutus eſt conſilium eorum, qui ſine certa lege uiuunt, neq; ſocius fuit eorum, qui ſtudio faciunt male: multo minus eò dementiæ peruenit, ut impoſtorum illi uita placuerit. Quin potius in doctrina domini totus erit, & doctrinam illius animo uoluet, & reuoluet nocte & die. Quare ſimilis erit arbori plantatæ iuxta riuulos aquarum, quæ

fructum

fructum maturum proferet tempore opportuno: cuius ne unũ quidem foliũ marceſcet: & quemcunq; illa fructum protulerit, utilitatẽ ille adferet aliam. Lon*gè aliter eueniet impijs exlegibus: erunt enim ueluti feſtuca, quæ ludibriũ eſt uẽti.*

Q*uare ſubſiſtere non poterunt impij illi, ſed cauſa ſua cadent, quando ad normam æquitatis uita illorum expendetur, neq; trangreſſores durare poterũt in cœtu iuſtorum.* A*gnoſcit enim dominus modum uiuẽdi iuſtorũ, & gratus eſt illi: ſed uitæ genus illorum qui* D*eum non habent præ oculis, interibit.*

Quare fremuerũt. Pſal. II.

Q*Væ dementia fecit exteras nationes inter ſe conſpirare, &* I*udaicam factionem rem ſtultam animo*

mo concipere? Oppoſuerunt *enim ſe qui reges ſunt orbis, & principes inito cõſilio conſpirauerũt aduerſus* Dominũ *et* Chriſtũ *illius.* Rumpamus, *inquientes, laqueos eorũ, abijciamus à nobis uincula eorum, ne pareamus legibus eorũ.*

His *minis nihil aliud quàm ei qui coelos ipſos inhabitat, riſum mouẽt, & ipſi* Domino *cachinnũ.* Quando *enim uidebitur illi, loquetur tanquam iratus cum eis: & ueluti grauiter commotus turbabit, & irrita faciet omnia conſilia eorũ.*

Ego *interim, inquit* Dominus, *inuitis illis præfeci regem, qui mihi placet, monti* Sion, *in quo ſanctitatis meæ ſpecimina edere conſtitui.* Arripio *ego rex conditionem, & tanquam firmiſsime decretum in acta referam hoc quod* Dominus *dixerit*

dixerit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et, ſi popoſceris à me, ueluti patrimonium, & hæreditario iure tuos, poſsidebis omnium nationum populos, & ditio tua extēdetur uſq; ad extremos fines terræ. Tamq́; tibi erit facile, ſi rebellare uoluerint, cōfringere illos ſceptro tuo ferreo, & poteſtate regia, quàm figulo frangere uaſculū, quod paulo antè finxerat ipſe. Quare tandem reſipiſcite ô reges, et rectā admonitionē admittite, quotquot eſtis iudices terræ.

Et depoſitis ridiculis minis, libenter uos imperio Domini ſubdite: & gaudete talem uobis contigiſſe regem, memores interim quantus ſit, & quàm metuēdum ne offendatur. Itaq; filium quem uobis præfecit, oſculamini, & amicitiam illius

lius expetite:ne fortè iraſcatur, & uos à recta uia aberretis: ſi enim ueluti ira ac=cenſus, cum rebellibus uobis agere cœpe=rit, quòd niſi reſipiſcatis, breui futurum eſt, ſerò ſentietis quàm uerè fœlices fue=rint, qui ſe illius imperio ſubdiderunt.

Domine quid. Pſal. 3

D*Omine quàm ſunt multi, qui affli gunt me? plurimi inſurgunt ad=uerſum me. Multi dicunt de me, nulla eſt huic in deo ſpes reliqua ſalu tis. Tam inueniuntur impudenter ſcele=rati. Cùm toties tu arripueris in præ=lio ſcutum contra hoſtes pro me, & fue=ris mihi inſignis gloriæ autor, & erexe ris caput meum. Voce itaq; mea ad Dominum etiam nunc clamabo, & ille exaudiet me è cœlo, monte uidelicet ſan=*

ctitati illius peculiariter dicato. Certo certius. Ego iacebam, & ſuauiter dor miebam, & finito ſomno ſecurus ſurge- bam, certò ſciens quòd adeſſet Dominus mihi. Quare non metuiſſem tum uel centum hominum milia: etiam ſi ſummo ſtudio undiq; oppugnaſſent me. Exur ge Domine, & eam ſecuritatem redde mihi: ſerua me mi Deus, qui percutere ſo les omnium inimicorum meorum maxil las, & ignominioſe ueluti colaphum im pingere illis, & dentes impiorum malè de me loquentium confringere. A ſo- lo te expectanda eſt uera ſalus, qui in po pulum te agnoſcentem mirificè ſemper fuiſti liberalis.

Quod certò con- ſtat.

Cum

Cum inuocarẽ. Pſal. 4

CVm anxiè implorem auxilium tuum, exaudi me quæſo Deus *innocentiæ meæ teſtis, qui in anguſtias redacto mihi latiſsimum ſæpe de improuiſo campum aperuiſti: etiam nunc miſerere, & uotis meis reſponde.*

Vos principes uiri, qua tandem fronte me, quem Deus *hoc honore dignatus eſt, ſtudebitis contumelia afficere, idq́; fruſtra? quod enim tentatis, nunquam ſuccedet uobis.* Ita *res habet.* Hoc *ſaltem agnoſcite, quàm miris modis* Deus *ſanctũ quendam ſibi elegerit:* Dominus *exaudiet me quoties opem illius implorauero.* Date *operam ſedulò ne peccetis: ſi enim perpenderitis rem ipſam apud animum ueſtrum in lectis ueſtris ſoli, deſine-*

tis de me ſiniſtrè loqui. Proculdubio.
Si quemadmodum externis ſacrificijs, ita innocentia ſtuderetis placare Deum, tutò illi fidere poſſetis. Multi dicunt, utinam aliquis præſtet nobis diuitias: tu uerò fac luceat nobis, qui te diuitijs præferimus, lumen uultus tui Domine, & fa uor tuus erga nos appareat. Non inuideo diuitias illis, quin potius gaudio affeciſti animum meum, quòd illis frumẽtum & uinum, quemadmodum optauerant, abundanter prouenerit, & diuites facti ſint. Sine metu, fauore tuo contentus, non minus feliciter quàm diuites illi, & iacebo, & obdormiſcam: quia tu Domine, qui ſolus potes, ſingulari quodã modo ab omni metu liberum habitare facies me.

Ver=

Verba mea. Pſal. 5

VErba mea auribus hauri Domine, intellige cogitationem animi mei. Conſidera quàm ualida uoce ex animo clamem ad te, qui mihi proprie & rex es, & Deus, quare & uenio oratum ante omnia te. Domine manè exaudies uocem meam, ſummo manè componam ad te precationem meã, & uidebo aſſecutum me quod uolebam.

Non enim Deus, cui placeat impietas, tu es, neq; habitabit apud te quiſquã malitioſus. Non continget malitioſe ſtolidis conſiſtere è regione uultus tui, ſed faciem & fauorem tuum auertes ab eis: odio perſequeris ſceleratos. Subuertes mendaces, hominem ſanguinarium & fraudulentum abominabitur Dominus.

Quare ego fretus multa miſericordia tua, ingrediar domũ tuam: orabo con uerſus ad templũ ſanctitatis tuæ, maieſtatis tuæ reuerẽter rationẽ habens. Domine dirige me ad normam iuſtitiæ tuæ, non habeant unde gloriẽtur qui inſidias parãt mihi, fac plana ſit ante oculos meos uia qua itur ad te. In ſermone hoſtium meorum nihil eſt, cui tutò fidi poſſit. animus illorum ſpurcitijs plenus eſt: ſepulchro patenti et cadauerum pædore referto ſimile eſt guttur illorum, per quod erumpit uenenum, quod geſtant in pectore: & palàm fit ex uerbis illorum, quantumuis ad fallendum compoſita fuerint, aliud habere illos in ore, & aliud in pectore. Perde illos Deus, irrita ſint conſilia illorum, propter multitudinem

ſcelerum

ſcelerum quæ deſignant:ſubuerte illos:ſiquidem te quoq; exaſperant. Perde ſceleratos, ut gaudeant quotquot ſubdiderunt ſe tibi:& perpetuò exultent,ab omni quod lædere eos poſſet, te defendente ſecuri, & gaudio expleantur, quotquot amantes ſunt auguſtiſsimi nominis tui.

Felicem muneribus tuis facies iuſtum Domine, & ueluti clypeus proteges illum gratioſitate, & fauore tuo exornabis illum.

Domine ne in. Pſal. 6

DOmine ne pro ira tua,quam aduerſum me,licet meritò, concepiſti, caſtiga me: neq; pro bili, quam ego moui tibi, ſupplicium ſume de me. Quin potius miſereat te mei Domine, æger enim ſum, & te medico

magis opus habeo, corpus enim meum conturbatum eſt totũ. Et animus meus conturbatus eſt multò magis: tu interim Domine quando tandem reſpicies miſeriam meam? Redi quæſo Domine ad ſolitam clementiam, & libera animam meam à malis: & priſtinæ ſanitati reſtitue me, habita ratione non tam peccatorum meorũ, quàm benignitatis tuæ immenſæ. Quomodo enim poterit mortuus celebrare memoriam nominis tui? & qui demerſi ſunt ad inferos, quomodo gratum animum pro acceptis abs te beneficijs oſtendere poterunt apud eos qui ſunt ſuperſtites? Defatigatus ſum fletu lamentabili, lectum meum laui ſingulis noctibus, & lacrymis meis cubile meum humectaui. Caligine obductus

eſt

eſt præ nimio mœrore oculus meus, hebe tata eſt acies eius præ metu tantæ, qui ſub uertere me cupiunt, hoſtium turbæ.

Diſcedite à me quotquot machinami ni malum mihi, Dominus enim placatus eſt lamentabili & clamoſo fletu meo.

Audiuit Dominus orationem meam, & precationem meam admiſit. Pudo re afficiantur, & uehementer conturbē tur, quotquot inimico ſunt animo in me: conuertantur in fugam, & infames fiant ſubitò.

Domine deus. Pſal. 7

DOmine mi Deus ſpem meam om nem collocaui in te, quare ſerua me ab hac tanta multitudine per ſequentium me, & in manus illorum ne ſinas incidere me. Si enim qui dux eſt

horum, comprehenderit me, non aliter dilaniabit, quàm leo ouiculam ſolet, quã nemo é faucibus illius eripit. Domine *ſi feci quidquam ſimile ſceleribus, qualia ille deſignat in me multa, & ſi malitioſé uel uerbo uel opere egi unquam cum illo.* Si *conatus ſum perdere quenquã, qui pacẽ & amicitiã meã ex animo expetiuit, quemadmodum ego expetiui illius hoſtis nunc mei, quem & ſummis è periculis aliquoties eripui, quamuis homo improbiſsimus nunc odio capitali ſine ulla cauſa perſequatur me.* Si, *inquam, admiſi in illum quidquã tale, perſequatur inceſſanter me & comprehendat, proſternat uſq; in terram, uitam adimat mihi: conſilia uerò mea, & de meliore rerum mearum ſtatu ſpes in puluere*

re

re iaceant, & irritæ fiant omnes. Ita fiat. Exurge Domine iratus, commoueant te furores hoſtium meorum, ut ex citeris, & ſuppetias feras mihi, quemadmodum & pollicitus es. Quod ubi feceris, ingens populorum turba accurret, & amplectetur te, orabitq; ut digneris te in altiſsimo regni tui ſolio collocare, & rex eſſe illius. Quam prouinciam non grauatè ſuſcipiet Dominus, & iuſtè iudicabit populos illos, iudica & me quæſo ſecundum iuſtitiam & innocentiam meam. Perdes tandem ipſa maleuolentia impios: uerùm tu confirmabis iuſtum, qui ſcrutator es cordium & renum, Deus iuſte. Defenſor meus eſt Dominus, qui uictoriam tribuit, & ſeruat eos, qui can-

dido ſunt pectore. Deus *& iuſti eſt iudex, & eius qui ſceleribus ſuis* Deum *irritat aſsiduè. Contra talem, qui reſi piſcere non uolet, gladium ſuum acuet* Deus, *& arcum tendet, & oculis aptè admouebit, ut non aberret à ſcopo, ſed rectà petat illum. Præparata apud ſe habet tela mortifera, parabit ea, quomodo ſolent qui ardentiſsimè perſequuntur aliquem. Sceleratus autem ille parturiet iniquitatem, nocere magnopere cupiens: concipiet animo ſtultum & moleſtū laborem, & tandem pariet rem nihili.*

Effodit foueam, & apertam reliquit, ſperans ut ego incidam imprudens in eā: uerum longè illi diuerſum eueniet, corruet enim ipſe in eam, nunquàm extrahendus illinc. Recidet ſtudium nocen

di in caput ipſius, & in uerticem capitis ipſius iniuria, qua me afficere conatus eſt. Ego uerò liberatus ab inſidijs ipſius, celebrabo Dominum *pro iuſtitia, quæ gemina eſt illi, & cantabo nomen* Domini *altiſsimi.*

Domine dominus. Pſal. 8

D*Omine omnium noſtrum* Domine, *quàm merito magnifica ſparſa eſt fama nominis tui, per uniuerſam terram: argumenta ſunt gloriæ & maieſtatis tuæ maximæ, quæ apparẽt in cœlis.* Res *mira prætereà, quòd ſola infantum, & lac adhuc ſugentium acclamatione, pro armis uſus ſis contra hoſtes tuos, & omnipotentiæ manifeſtum oſtendens argumentum re tam imbecilli ſubuerteris inimicum, & eum qui ueluti uindi-*

uindicem ſe oppoſuerat tibi. Quoties *uideo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & reliquas ſtellas, quas elegantiſsimo ordine in illis collocaſti.*

Tum *ſic apud me cogito,* Deus *bone, quid eſt miſerabilis homuncio, quòd tu illius rationem habeas: aut* Adæ *nepos, quòd tu inuiſere illum, & amicitiam contrahere cum illo digneris?* Feciſti *illum tantum non deum, gloria & honore coronaſti illum.* Dominum *feciſti illum operum tuorum, omnia enim ſubiecisti pedibus illius.* Oues *& boues uniuerſos, & reliqua etiam iumenta, quibus pabulum ſuppeditant campi.* Aues *in aere uolitantes, piſces qui natant in mari, & quicquid uſquam degit in ullis aquis.* Domine *omnium*

nostrum

noſtrum Domine*, quàm merito ſparſa eſt magnifica fama nominis tui per uniuerſam terram.*

Confitebor tibi. Pſal. 9

L*Audabo* Dominum *toto pectore meo, ſcribam ipſe quàm uaria admiratione digna deſignet.*

Gaudebo & exultabo ſerio, quòd propitium habeam te: pſalmis celebrabo nomen tuum, licet omni ſit laude maius.

Conuerſi in fugam inimici mei, uiribus deſtituebantur, & funditus ipſi perierunt, opera tua. Tu enim, cum ego uiribus illis impar eſſem, pro me ſtetiſti contra hoſtes meos: & cauſæ meæ patrocinium ſuſcepiſti, ſediſti pro tribunali, et executus es iuſtitiã. Increpaſti gẽtes, ſubuertiſti impiũ, memoriã nominis eorũ abole/

aboleuiſti nunquam reſtituendam. O inimice finem habent populationes tuæ, neq; poſthac amplius tibi unquam dabitur populandi poteſtas: ciuitatulas certe aliquot ſic ſubuertiſti, ut memoria illarũ perierit cum admiratione trãſeuntium.

Tu quidem tyrannidem ad hunc modum, Domino ad tempus conniuente, exercuiſti: uerùm ille perpetuò ſecurus & tranquillus ſedebit, & obſeruabit omnia, & iam nunc parat ſolium ſuum, ut ſedeat pro tribunali. Vt iudicet orbẽ totum iuſtiſsimè, & cauſas pupillorum expendat æquiſsimè. Quare aderit Dominus protector illi, qui iniuſte opprimitur: protector aderit opportunus, etiam in medijs tribulationibus. Tũc ſpem indubitatam concipient de te, ubi experti

experti fuerint præſentiam nominis tui, & re ipſa diſcent, te nunquam defuiſſe illis, qui ſtudent placere tibi ò Domine.

Pſalmos canite in laudem Domini *habitatoris* Sion, *ſpargite in uulgus admiranda conſilia illius.* *Qui uindicabit ſanguinem eorum, qui iniuſtè oppreßi fuerant, nunquam negliget* Dominus *clamorem pauperum.* *Miſerere mei domine, aſpice afflictionem meam, qua affligunt qui odio perſequuntur me: tu enim ille es, qui erigis, & retrahis me à ianuis & faucibus mortis.* *Vt conſcribam & commemorem uarios te laudandi modos, illis, qui uerſantur in portis* Sion, *& gaudio afficiam eos propter ſalutem iam miraculoſe allatam mihi per te.* *Deciderunt gentes in foueam, quã*

ipſæ parauerant: reti illo quo alijs inſidiabantur, illaqueatus eſt pes illarum.

Notum eſt Dominum æquitatis eſſe ſtudioſum, & quòd ſceleribus ſuis illaqueabitur impius, Res procul dubio digna, quæ imo reponatur animo. Abibunt impij ad inferos, unà cum uniuerſis gentibus, quibus curæ non eſt Deus.

Non enim perpetuò obliuioni dabitur pauper: patiens expectatio afflictorum comperietur tandem non fuiſſe inanis. Exurge Domine, ne inualeſcat homuncio futilis, tractetur cauſa impiarum gentium coram te. Incute Domine terrorem illis, & oſtende gentes illas impias ſibi: ut ſentiant homines eſſe ſe miris modis miſerabiles.

Domine

Domine ut quid. Pſal. 10

QVouſq; Domine ſtabis procul ſemotus à nobis, hoc maximè tempore, quo periclitantur tui? Summa cum arrogantia impius perſequitur pium, capiãtur potius impij ſceleratis illis conſilijs, quibus alios ſubuertere ſtudent. Placet enim impius ipſe ſibi, & facit quicquid illi petulantia animi ſuggeſſerit: nec deſunt qui adulentur ob ſpem prædæ illi, tam manifeſtè blaſphemo in Dominũ. Impius præ animi ſui arrogantia futurorũ ſecurus erit, Dei uerò, ne ſemel quidẽ illi in mentẽ ueniet. Modis omnib. omni tẽpore nocere conabitur: quæ interim de illo ò altiſſime ſtatuis, penitus ignorat: ſed ueluti furibundus & cæcus aduerſarios ſuos uni-

uerſos uel ſolis minis perditurum ſe confidit. Perſuaſam enim habet daturum ſe longiſsimo tempore, nec incommodi quicquam accepturum. Execrabilia ſunt omnia, quæ loquitur, & fraudes meras habet ſermo illius peſtilens, et iniquitate ſcatens. Sedebit in angulis uillarum iuxta publicas uias, unde clancularijs eruptionibus irruet in inſontem: oculis prætereuntes pauperes obſeruabit, ex latibulis ſuis proſpiciens.

Inſidias collocabit in locis occultis, non minore crudelitate, quàm leo inſidiatur ouiculæ ex antro ſuo: inſidiabitur enim in hoc, ut dilaniet eum, quo uiribus ſuperior erit: dilaniabit autem abſque ulla commiſeratione, quicunque in illius rete inciderit. Vbi illaqueatum

tum uulnerauerit pium, ſubſiſtet clàm, ne latrocinium deprehendatur: ad hunc modum uiribus illius cecidit ingens miſerorum turba. Perſuaſit ſibi Deum *negligere hæc, & auertere faciem ſuam ab his, nec habiturum unquam rationem horum.* Exurge Domine Deus, le*ua in altum, ualidius percuſſurus, manum tuam: ne neglige pios omni humano auxilio deſtitutos.* Qua patien*tia ferre potes impium in te tam maniſeſte blaſphemum, ut dicere audeat, non eſſe* Deum, *qui curaturus ſit hæc?*

Verum *ille cum maximo ſuo malo fallitur: uidiſti enim quæ fecit omnia: maleuolentiam & ſcelera ipſius tu diligentiſsime obſeruaſti, oſtenſurus & noſſe flagitia illius, & poteſtatem habere ſu-*

mendi ſupplicium de illo; & curam te gerere miſerorum turbæ, qui pupillis ſemper eſſe ſoles auxilio. Confringe *brachium, & potẽtiam impij, & malitioſi: inquire in impietates illius, quoad nulla reliqua fuerit impunita.* Dominus *eſt rex & ſeculi huius, & æternitatis: extir patæ ſunt gentes de terra illius.* De*ſideria piorum audiuiſti* Domine*: guberna bis corda ipſorũ: præbebis aures tuas pre cibus eorum.* Vt *ſuppliciũ ſumas de pupillorũ & aliorũ pauperũ oppreſſoribus: ne tentet amplius uirib. ſuis fidere miſerabilis homũcio prognatus è terra.*

In Dño confido. Pſal. 11

C*Vm in* Domino *ſpem meam po ſuerim, qua fronte ridere audebitis me dicentes, fuge de monte in*

in montem, ſicut ſoles cum tuis, & abſconde uſquam te in antro, ſicut conſueuit paſſer? An *neſcitis quoties impij tetenderint arcus, aptauerint ſagittas ſuas ad neruum, hoc ſtudioſè agentes, ut clàm tela ſua iacularentur in eos, qui cãdido ſunt pectore?* Ipſ*i quidem lædere ſtuduerũt, uerùm in ipſo conatu irrita facta ſunt conſilia, quæ ipſi putabant certiſsima: neq; iuſtum, cuius opus ſtabile erit, lædere unquam potuerunt.* Do*minus eſt in regia ſanctitati ſuæ dicata,* Do*minus in cœlo habet ſolium ſuum, unde oculi illius contemplantur omnia, & palpebræ illius obſeruant diligentiſsime quæcunq; deſignant poſteri* Adæ. Do*minus obſeruat & iuſtum & impium: ſed eum qui amans eſt inæquitatis, odio*

perſequitur ex animo. In modum plu uiæ proijciet in impios lapides igne & ſulphure circumlitos, qui unà cum hor-ribili tempeſtate portio quædam erunt calicis, & ſupplicij illorum. Quia iu ſtus eſt ipſe Dominus, nõ poteſt nõ eſſe iuſtitiæ amantiſsimus: quare cum qui can dido eſt pectore, uultu ſuo placidiſsime aſpiciet.

Saluum me fac. Pſal. 12

TE ſeruatore opus habeo Domine, nullus enim reliquus eſt ſanctus: eſſe deſierunt inter homines qui fidi ſunt & integri. Mendacia quiſ-que loquitur cum ſocio, & apud ami-cum ſuum lingua utitur fraudulenta, cui duplex animus ſcelerata ſuggeret uer-ba. Perdet dominus uniuerſa labia

frau-

fraudulenta, & linguam quæ non loqui tur niſi grandia cum Dei *ipſius contemptu.* Q*ui dicere audent, lingua noſtra fortiter fallemus, labia habemus in noſtra poteſtate, quis noſter eſt dominus?* Propter gemitum pauperum, & *eiulatum miſerorum, nunc exurgam, dicit* Dominus,*collocabo pauperem eo loco, ut tutus futurus ſit ab illo, qui lædere uirulenta ſua lingua conabatur illum.*

V*erba & promiſsiones* Domini *candidiſsimæ ſunt, ipſo argento igne diligentiſsimè expurgato puriores, à quo arte, & inſtrumentis ad eam rem aptis ablatum eſt quicquid inerat terræ impurioris, idq́; ſepties repetita purgatione.*

Q*uare tu* Domine *ſeruabis optima fide ea quæ promiſiſti, & liberabis nos,*

quemadmodum pollicitus es, ab eiuſmo=
di hominum genere perpetuò. Cir=
cumquaque tum impij obambulabunt ſe=
curi, cùm principatum nacti fuerint, qui
inter homines ſunt perditiſsimi.

Vſq; quo Dñe. Pſal. 13

QVouſq; tandem obliuiſceris mei,
perpetuò ne Domine? quouſque
auertis tanquam iratus uultum
tuum à me? Quouſq; uanis curis ani/
mam meam affligam, quæ nihil præter
mœrorem continuum pariunt? quouſq;
ſines inimicum meum erigere criſtas ad=
uerſum me? Habe quæſo rationem ca
lamitatis meæ, et exaudi me Domine mi
Deus, illumina oculos meos, ne forte ob/
repat ſomnus mortis. Ne forte dicat
inimicus meus glorians, factus ſum illo
ſuperior

ſuperior, & hoſtes mei exultent, ego ſi periero. Ego *certe in tua benignitate poſui omnem ſpem meam: quare nihil dubito, quin futurum ſit, ut gaudeat cor meum ob ſalutem mihi abs te allatam, & materiam habiturus ſim cantandi laudes* Domini, *ubi ultus fuerit iniuriam, qua affecerunt me hoſtes mei.*

Dixit inſipiens. Pſal. 14

SVnt *qui eò ſtoliditatis peruenerint, ut nullum putent eſſe* Deum*: quæ impia perſuaſio hoc effecit, ut à nullo ſcelerum genere abſtineant homines corruptiſsimi, quorum ſtudia tam ſpurca ſunt, ut nauſeam cuiuis generare poſsint: neque ſit quiſquam inter eos, qui curet facere bene.* Do*minus è cœlo contemplatus eſt poſteros*

Adæ

*Adæ: ut uideat num ſit in tanto homi-
num numero cordatus quiſquam, qui
Deo ſtudeat eſſe charus. Vniuerſi à
Deo defecerunt, & abominabiles peni-
tus facti ſunt, nec eſt qui faciat bene, ne
unus quidem. Mirum profecto eos,
quibus mandata fuerat cura plebis, po-
tuiſſet eò amentiæ peruenire, ut licere
credant opprimere miſeros: & deuora-
re populum meum non maiore commi-
ſeratione, quàm deuorari ſolet fruſtum
panis: re ipſa certe uidentur de Deo ni-
hil unquam legiſſe, & officij ſui parum
memores eſſe. Quare tum uehemen-
tiſsimus de improuiſo pauor corripiet
eos, cùm uiderint Deum his adeſſe, qui
iuſtitiæ ſtudioſi ſunt, & execrari uos ſa-
crilgos. Qui non ſolum neminem*

ad

ad pietatẽ inuitatis, ſed ſi quis fortè pau per pio conſilio ſpem ſuam omnem ponat in Domino*, illud ueluti ſtultum ridebitis: ſed finis ipſe docebit, utri ſapiant magis, uos ne, an illi.* Vti*nam præſtet* Dominus*, ut ex* Sion *prodeat ſalus* I*ſraeli promiſſa: cùm reduxerit enim, & è captiuitate liberauerit populum ſuum* Dominus*, exultabit ſeriò* Iacob*, & lætabitur* I*ſrael.*

Domine quis habitabit.

Pſal. 15

D*Omine quis recipietur in tabernaculum tuũ, quis habitabit tecum in cœlo ueluti monte, in quo ſacroſancta maieſtas tua peculiari quodam modo apparet?* Ambulans *ſyncerè abſq; fuco, faciens quod æquum*

eſt

optare potuiſſem. Laudabo ergo Do-
minum, qui in omnibus à conſilijs fuit mi
hi: quin & noctibus medijs erudiebant
me renes, & immiſſæ mihi à Domino di
uinæ cogitationes. Oppoſui ueluti
ſcopum ante oculos meos ſemper Do-
minum, qui quia adeſt mihi ad latus de-
xterum, nemo perdere poterit me.

Ob hanc ergo cauſam gaudio affe-
ctum eſt cor meum, & ſerio exultauit,
quam tanto honore dignatus es anima
mea: corpus quidem meum in ſepulchro
iacebit, ſed nihil dubitabo, quin excita-
turus ſis illud. Scio enim non relictu-
rum te animam meam apud inferos, neq;
permiſſurum unquam, ut qui tam inſi-
gniter illã tuã benignitatẽ expertus eſt,
ullo modo corruptioni fiat obnoxius.

Sed

Sed uiam potius oſtendes, qua ad uitã peruenire licebit, & ad omnis generis gaudiorum copiam ſummam, ad contem plationem uidelicet uſq; tui, quæ quibuſ= cunq; contingit, gaudijs explebũtur nun quam finiendis.

Exaudi domine. Pſal. 17

A*Vdi Domine iuſtam precatio- nem, accommoda te ad audien- dum clamorem meũ, aures præ be precationi meæ: eſt enim ex animo profecto, & ab omni fuco quàm alieniſsi ma.* Pronũcia *tu in cauſa mea, expen dant oculi tui quæ recta ſunt.* Perno= *uiſti enim me, qui exploratum habes cor meũ, ſcrutatus es enim illud nocte, quan= do maxime dediti cogitationibus eſſe ho mines ſolent: examinaſti & totũ me, nec*

inueniſti id quod cogitaui, diſcrepare ab ore meo. Odio eorum quæ paſsim ma la fiunt ab hominibus, præceptionū tua= rum memor operam dedi, ut eſſem à mo= ribus ſceleratorum hominum quàm alie niſsimus. Quare iuua quæſo conatus meos, & firma greſſus meos in uijs illis, quibus itur ad te, ut non turbentur ueſti gia mea. Implorau auxilium tuum, certus quòd exauditurus eſſes me omni= potens Deus: præbe ergo aurē tuā mihi, audias preces meas. Aufer miſericor= dias, ô ſeruator fidelium, potius ab illis, qui ſeſe erigunt aduerſus maieſtatem tuam. Me autem cuſtodi ea diligentia qua cuſtodiri ſolet pupilla oculi: ſub um= bra alarū tuarū abſconde me. Et libe= ra me à metu impiorū qui ſubuertere ſtu

dent

dent me, & hoſtium qui ſupplantare co nantur me. Qui tam ſunt paſti bene, & obeſi, ut aruina obſtructa uideantur ora illorũ: quare et contemptim & cum faſtu de alijs loquentur. Itinera noſtra iam nunc obſederunt, oculis ſuis ſtudioſe obſeruabunt, quo terræ loco expandere quàm cõmodiſsime in noſtram perniciẽ poſsint retia ſua. Quiſq; illorum ſimi lis eſt leoni, qui maximo ſtudio inhiat prædæ, et catulo leonis, qui inſidiatur ex locis occultis prætereunti ouiculæ.

Exurge Domine, *anteuerte illum, & proſterne illum, animam autem meam li bera ab impio, qui gladius eſt tuus.*

Et *à uiris qui flagellum ſunt tuũ* Do*mine, à uiris, inquã, qui ſpem ſuam dum uiuunt ponunt in diuitijs, quorũ uentres*

ſi impleueris delicijs, & abundare fece-ris eos liberis, quibus relinquant morien tes diuitias ſuas, bene ſecum actum puta-bunt, æternitatis ſecuri. Ego *uerò iuſti tiæ quàm diuitiarum ſtudioſior, illam co mitem habens, uidebo placidiſsimũ uul-tum tuum, explebor gaudio cum exurre xero, & apparueris mihi ea forma, quæ propriè tua eſt.*

Diligam te. Pſal. 18

M*Eritò amabo te* Domine, *cũ ſis fortitudo mea.* Dominus *in-ſtar rupis & turris ſemper fuit mihi: ſerutator meus, dux meus, & forti tudo mea, quare ſpem omnem meam col locabo in eo, qui pro clypeo mihi fuit, cornu ſalutis, & ipſiſsima mei protectio ſemper fuit ipſe.* Omni laude digniſsi mum

*mum inuocabo Dominum, & ab inimi-
cis meis liber ero. In præſentiſsimis
periculis mortis conſtitutus eram, uelu-
ti cinctus uinculis mortiferis: torrentes
enim diaboli terrebant me. Funes in-
fernales circundederant me, irretitũ ha-
buerãt me retia mortifera. Quotieſ-
cunq; affligebar, inuocabam Dominum,
& ad Deum meum clamabam, qui et au-
diuit è regio ſuo palatio uocem meam: et
clamor meus in conſpectum illius perue-
nit, imò uſq; ad aures ipſius. Commo-
uebatur & contremiſcebat terra, funda-
menta montium concutiebantur quoties
ipſe iraſcebatur eis. Aſcẽdebat fumus
ab ira ipſius, & ueluti ignis ab ore illius
cuncta deuaſtans, carbones accendeban-
tur ab ipſo. Inclinauit cœlos, & de-*

 ſcendit

ſcendit, & caligo erat ſub pedibus eius.

Et uehebatur ipſo Cherub tanquã uolaſſet, uolaſſet inquam pennis ipſo uento celerioribus. Fecit tenebras latibulũ ſuum circum ſe: in modum tugurij habebat obſcuriſsimas aquas, & denſiſsimas nubes. Præ fulgore quo apparet iuſtis, denſiſsimæ illæ nubes abeunt ad hoſtes, unà cum grandine, & ueluti ignitis carbonibus cum grandine permixtis. Excitabat & tonitru in cœlo Dominus, & altiſsimus dedit uocem ſuam, grandinem uidelicet ignitis carbonibus permiſtam.

Et iaculabatur ſagittas ſuas, quib. diſsipat eos: fulgura immittebat, quibus terrebat eos. Et uidebãtur profundiſsima aquarũ receptacula, denudabãtur fundamẽta orbis experta irã tuã Domine, &

flatum

flatũ uẽti abs te irato immiſsi. Demit
tebat è ſummo cœlo, qui me eriperet, & extraheret ex illis malorũ undis, in quibus uerſabar. Quiq; *liberaret ab inimico potẽte, & ab ijs qui odio me perſequebantur, quamuis multo eſſent robuſtiores me.* Callidis *ſuis conſilijs circunuenire incautum conabantur me tempore afflictionis meæ, ſed* Dominus *tempeſtiuè adfuit mihi adiutor.* Et *eduxit me ex anguſtijs in locum ſpacioſiſsimum, quia amauit me.* Retribuit *mihi* Dominus *ſecundum integritatem meam: ſecundum puritatem manuũ mearũ impẽdit mihi.*

Quia *cuſtodiui uias* Domini, *nec eò perueni, ut impiè de* Domino *ſentiens deficerem à* Deo *meo.* Quæ *iuſtiſsimè mihi ab ipſo præſcripta fuerãt, uerſaban*

tur aſsiduè ob oculos meos, & mandata illius nunquam repuli à me, tanquam parere nollem illis. Certè ſimpliciter & purè uerſabar coram illo, & ſollicitè caui, ne impietate mea offenderem illum.

Quare & retribuit Dominus mihi pro iuſtitia mea, & pro puritate manuũ mearũ, quæ nota erat illi. Cũ candido enim candidè geres te, & cũ probo uiro probiſsimè. Viro gratioſo gratioſiſsimũ exhibebis te: econtrario uerò cũ improbo te geres, quemadmodũ illius meretur improbitas. Tu enim populum humilem ſalute donabis, oculos uerò ſuperbos humiliabis. Tu lucidam feciſti lucernam meam Domine, Deus meus illuſtrauit quæ obſcurata fuerant in me.

Quare adiuuante te rumpam aciem

quantumuis inſtructam, & auxilio Dei *mei tranſiliam murum.* Ipſe *deus integerrimus eſt in omnibus operib. ſuis, ſermo* Domini *ab omni fuco alieniſsimus; inſtar clypei ipſe eſt omnibus qui fidunt illi.* Quis *enim* Deus *præter* Dominũ? *& quis fortis præter* Deum *noſtrum?*

Ipſe *eſt ille* Deus,*qui cinxit me undique robore, et fecit ut incõtaminata eſſet uita mea.* Ipſe *fecit ut pedes mei non minus eſſent ueloces quàm ſint ceruorũ: & quoties opus fuit, ueluti in editis locis, ubi tutò mihi eſſe licebat, collocauit me.*

Docuit *manus meas arma tractare, ſic ut frangere potuerim brachijs meis arcũ etiam ferreum.* Dediſti *mihi clypeũ, quo ſeruatus beneficio tuo ſum: dextera tua ſtabiliuit me, et benignitas tua poten*

tem fecit me. Aperuiſti mihi uiã, qua tutò gradiri poſſem, quare nunquam uacillauerunt pedes mei. Perſequar inimicos meos, donec comprehendero illos, nec reuertar niſi deletis illis. Sic uulnerabo eos, ut ſubſiſtere non poſsint, corruent ſubtus pedes meos. Tu enim undiq; cinxiſti me robore, & gerendis bellis idoneum feciſti me: proſternebas enim quotquot inſurgere conabantur aduerſum me. Effeciſti ut inimici uerterint terga mihi, & odio habentes me ſubuerterint. Clamabant, nec quiſquam liberabat eos: etiam ad Dominum, ſed non exaudiebat eos. Diſpergebam eos non aliter quàm puluerẽ uentus ſolet: & tanquam lutum platearũ cõminuebam eos.

Liberabis me à rixis & iniurijs po-

puli, conſtitues me caput gentium: popu lus quem non cognoui, ſeruiet mihi.

Solo auditu obſequētes fient mihi, deſeriores uerò mentientur mihi. Deſer tores ſemper in metu erunt, & abdent ſe ſe in latibulis ſuis. Viuit Dominus, & omni eſt laude maior, qui ſemper inſtar rupis fuit mihi, & exaltabitur Deus autor ſalutis meæ. Ipſe eſt deus qui pote ſtatem tribuit mihi ulciſcendi me, & ſolis uerbis ſubiecit populos mihi. Ipſe eſt qui liberat me ab inimicis meis, & tu domine ſuperiorē me facies omnibus qui inſurgunt aduerſum me, & contra uirū iniquum tutaberis me. Quare gratias agam tibi pro gentibus quas ſubieciſti mihi domine, & nomen tuum cantabo.

Qui auges in immenſum ſalutifera do

na regi tuo, & benignitatem tuã oſten-des Chriſto tuo Dauid, et ſemini eius perpetuò

Cœli enarrant. Pſal. 19

I*Pſi cœli cõmemorant gloriam dei, et quàm potente uſus ſit manu in cõdendis operibus ſuis, palàm facit tam uaſtus cœlorum ambitus.* Dies unus *indicat ſubſecuturũ alterũ, & nox una docebit nos cognoſcere aliã: perpetua enim uiciſsitudine mutuò ſuccedunt.* Nullũ *eſt idioma, nec ulli ſermones, quibus audita nõ ſit uox illorũ: nullus eſt enim uſquã populus tam barbarus, ad quem horũ notitia non peruenerit.* Vniuerſam *terram peruagata eſt doctrina eorum, & uſque ad extremos orbis fines peruenerunt prædicationes illorum: ipſi ſoli aptauit*

uit dominus habitaculum in eis, & imperium dedit in eos. Eſtq́; perſimilis ſol ipſe ſponſo, qui exurgẽs egreditur de thalamo ſuo, geſtiens tanquam uir ſtrenuus abſoluere curſum ſuum. Ab altero cœlorum extremo curſum inſtituet, & longo tractu ad alterum uſq; extremum perueniet, nec quiſquam expers erit caloris eius. Lex domini pura auocat à malo, pactum domini fidele ſapientem facit eum, qui fuerat imperitus antea. Mandata domini æqua exhilarant animum: præceptum domini purum illuminat oculos. Reuerentia quæ debetur domino, quia munda eſt, perpetuò durabit: iudicia domini ipſa ſunt ueritas, & modis omnibus æquiſsima. Amabilia ſunt ipſa magis quàm aurũ, etiam ſi puriſsimũ

ſit & plurimum: & ſuauiora ſunt melle, & fauo mellis dulciſsimo. Certè ſeruus tuus docetur per ea, & quicunq; ſecundum illa uixerit, mercedem aſſequetur magnificam. Quæ errore cõmittimus tam ſunt multa, ut ne deprehendere quidem quiſquam poſsit omnia: quare ab eiuſmodi, quæ latenter irrepunt, munda quæſo me. Præcipuè autẽ à ſuperbia & faſtu auoca me, ne dominentur in me: quod ſi feceris, mundus ero, & à ſcelere alienus. Sint quæſo grata tibi uerba hæc oris mei, & gratus ſit animi mei affectus in te Domine, *qui* Deus *es meus, & redemptor meus.*

Exaudiat te Dñs. Pſal. 20

E*Xaudiet te* Dominus *tempore tribulationis: ſuppetias feret tibi maieſtas*

ieſtas Dei Iacob. Immittet robur tibi
è loco ſancto, & ex Sion ſtabiliet te.
In memoria habebit quæcunq; obtu-
liſti unquam illi ſacrificia, & oblationes
tuas qualeſcunq; pro pinguiſsimis habe-
bit. Proculdubio. Dabit tibi quicquid
deſiderabit cor meum: omnia conſilia
tua complebit. Exultabimus ob ſalu-
tem quam attuliſti nobis, certe omnipo-
tentia dei noſtri magni erimus: dabit do
minus tibi quicunque colueris illum,
quantum deſiderare poteris ab eo.
Nunc experientia didici, quòd ſer-
uauerit Dominus Chriſtum ſuum, quòd-
que exaudierit illum è cœlo, quod ſan-
ctiſsima maieſtas illius inhabitat, &
ſalutiferis omnipotentiæ ſuæ uiribus
ſuccurrerit illi.

Qui-

Quidam ſe multitudine curruum ſuperaturos ſperant, alij multitudine equorum: nos uerò freti auxilio Dei *noſtri, magna deſignabimus & memorabilia.*

Illi uiribus deſtituti ſunt, & corruerunt: nos uerò perſtitimus, & confortati ſumus. Dominus *ſeruabit ipſum regem: & nos quoq; exaudiet quotieſcunque implorauerimus auxilium illius.*

Domine in uirtute. Pſal. 21

D*Omine propter robur immiſſum gaudet rex: & quia tu autor illi uictoriæ fuiſti, exultat ſeriò.*

Effeciſti illum uoti compotē: & quicquid te rogauit, non illi negaſti. Ita res habet. V*ltro anteuertiſti illum muneribus optimis: impoſuiſti capiti illius coronam ex auro puriſsimo.* V*itam pe*

tijt

tijt abs te,quam & dediſti illi, nullo nun quam tempore finiendam. Summum, beneficio tuo,aſſecutus eſt bonum: gloria & honore cumulatiſsimũ reddidiſti eũ.

Efficies ne munificentiæ tuæ expers fiat unquam: gaudio explebis eum, ubi gratioſiſsimo uultu tuo exhilarauer is eum. Ipſe enim rex omnem ſpem ſuã collocat in te:quare benignitas tua, ó altiſsime,nunquam interire ſinet illum.

Aſſequetur manus tua,ó rex,uniuerſos inimicos tuos:& dextera tua aſſequetur eos,qui odio perſequuntur te. Aeſtuare facies eos tanquã furnũ incenſum, quo tempore iratum te illis oſtendes Domine:ira tua diſsipabis eos, & uorabit eos ignis. Fructũ omnem eorum ſic é terra euelles, ut nihil remaneat ſeminis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quidam ſe multitudine curruum ſuperaturos ſperant, alij multitudine equorum: nos uerò freti auxilio Dei *noſtri, magna deſignabimus & memorabilia.*

Illi uiribus deſtituti ſunt, & corruerunt: nos uerò perſtitimus, & confortati ſumus. Dominus *ſeruabit ipſum regem: & nos quoq; exaudiet quotieſcunque implorauerimus auxilium illius.*

Domine in uirtute. Pſal. 21

D Omine propter robur immiſſum gaudet rex: & quia tu autor illi uictoriæ fuiſti, exultat ſeriò.

Effeciſti illum uoti compotẽ: & quicquid te rogauit, non illi negaſti. Ita res habet. V*ltro anteuertiſti illum muneribus optimis: impoſuiſti capiti illius coronam ex auro puriſſimo.* V*itam pe*

tijt

tijt abs te,quam & dediſti illi, nullo nun quam tempore finiendam. Summum, beneficio tuo,aſſecutus eſt bonum: gloria & honore cumulatiſsimũ reddidiſti eũ.

Efficies ne munificentiæ tuæ expers fiat unquam: gaudio explebis eum, ubi gratioſiſsimo uultu tuo exhilaraueris eum. Ipſe enim rex omnem ſpem ſuã collocat in te:quare benignitas tua, ò altiſsime,nunquam interire ſinet illum.

Aſſequetur manus tua,ò rex,uniuerſos inimicos tuos:& dextera tua aſſequetur eos,qui odio perſequuntur te. Aeſtuare facies eos tanquã furnũ incenſum, quo tempore iratum te illis oſtendes Domine:ira tua diſsipabis eos, & uorabit eos ignis. Fructũ omnem eorum ſic è terra euelles, ut nihil remaneat ſeminis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eorum inter homines. Conati ſunt enim crimen tibi impingere, idq́; magno ſtudio, ſed perficere non potuerunt.

Quare ſepones eos ab alijs, & facies eorum tanquam ſcopum ſagittis tuis aſsiduè petes. Oſtende Domine quantus ſis, & uiribus quantum ualeas, ut occaſiónem habeamus cantandi, & pſalmis celebrandi omnipotentiam tuam.

Deus deus meus. Pſal. 22

DEus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me? uideor non impetraturus, quamuis id magnis agam clamoribus, liberationem. Mi Deus clamabó per diem, ſed non reſpondebis, & per noctem, abſq; ulla intermiſsione. Interim tu ô ſanctiſsime, ueluti ſecurus horum quæ patior, deſidere uideris, qui

qui ſuccurriſti toties, & materia fuiſti carminum ipſi Iſraeli, quibus gratias tibi pro beneficijs agebant. Spem ſuam ponere in te ſolebant patres noſtri, & quoties id faciebant, tu liberabas eos.

Quoties ad te clamauerunt, liberati ſunt: quoties ſeſe tibi crēdiderunt, pudore non ſunt ſuffuſi. Ego uerò uermis eſſe uideor magis quàm uir, ſterquilinium Adæ, & infirmæ plebis fex.

Quotquot uidebant me, ſubſannabāt me: conuitiabantur, & moto capite irridentes inſultabant mihi. Gloriari ſolet hic, inquientes, charū ſe eſſe Domino: liberet ergò nūc eū, ſi tātoperè amat eū.

Te procurāte prodij ex utero, et bene ſperare iuſsiſti me, quū adhuc ſugerē ubera matris meæ. Opera tua eiectus ſum

è uulua, & curæ tuæ relictus: quũ eſſem adhuc in utero matris meæ, deus eras mi hi tu. Ne procul igitur abſceſſeris à me, quia periculũ præſentiſsimũ eſt, nec quenquam uideo qui auxilio futurus ſit.

Cinxerunt me tauri multi, fortes & uelut ſaginati in paſcuis Baſan circunde derunt me. Aperuerunt aduerſum me os ſuũ: non aliter quàm leo inhians præ= dæ, & præ fame rugiens. Tanquã a= qua fluidus factus ſum, & ſoluta ſunt om nia mẽbra mea: cor meũ ueluti cera difflu xit intra præcordia mea. Exaruit tan quam teſta omne robur meũ, & lingua mea agglutinata eſt palato meo: & tan= dem in puluere, quemadmodũ mortui ſo lent, ſepelies me. Circundederũt nãq; me canes, conſpirauerunt aduerſum me

peſsimi

peſsimi quiq;, foderunt manus meas & pedes meos. Tractatus ſum ab eis tã inhumaniter, ut numerare potuerim facilè omnia oſſa mea: ipſi adhuc poſt omnem cruciatũ toruè aſpiciebant & contemplabantur me. Partiebãtur ueſtes meas, & de tunica mea ſortiebantur.

Quare tu quæſo Domine ne lõgè abſceſſeris hinc: quin potius, quũ ſis fortitudo mea, ferre mihi ſuppetias feſtina.

Eripe à gladio animam meam, & à uiolentia canis unicã meam omni humano auxilio deſtitutam. Salua me ab ore leonis: & è cornibus unicorniũ eripe me. Cõmemorabo maieſtatem nominis tui fratribus meis: in frequentiſsima populi turba laudes tuas prædicabo.

Quotquot eſtis cultores Domini, lau

date eum: uniuerſi poſteri Iacob magni-facite eum, & reuerenter colite illũ omnes poſteri Iſraelis. Quia non deſpexit, neq; uilipendit ob miſeriam pauperem, neque auertit contemptim faciem ſuam ab eo: quin potius quum pauper clamaret ad illum, diligenter auſcultauit.

Te laudabo carminibus meis publicè in frequentia populi: & quæ uoui, perſoluam uidentibus illis qui reuerentur te. Comedent pauperes & ſaturabuntur, laudabunt dominum quicunq; ſtudẽt placere illi, uiuent corda ueſtra quotquot eſtis tales perpetuò. Conſiderabunt hæc, & cõuertentur ad Dominũ cũcti fines terræ, & ſupplices fient tibi Domine uniuerſæ nationes gentiũ. Domini enim eſt poteſtas regia, & imperiũ habet

etiam

etiā in gentes. Comederunt, & quum guſtaſſent ſpiritalia Domini dona, ſupplices facti ſunt potentiſsimi quiq; eorū qui terrā inhabitāt, et in uenerationē illius genua flectēt, etiā mortui oēs in terra ſepulti, qui propriā uitā nō eſt dedignatus impēdere pro illis. Poſteri noſtri colēt eū, ſcribētur hæc de Domino, ut poſteri intelligāt. Vt & illi ueniāt, et annuncient populo qui ab ipſis naſcetur, quòd hæc fecerit tā ſtupenda Dominus.

Dn̄s regit me. Pſal. 23

Dominus paſcet me; quare nullius egere potero. In paſcuis amœniſsimis recubare faciet me, & iuxta aquas leniter fluentes enutriet me. Animum reddet mihi, exercebit nāq; me in uijs iuſtitiæ, quoniam ita placitum

eſt illi. Etiam ſi eundum mihi ſit per uallem tam opacã, ut umbra illius undiq; mortem minitetur, nihil metuã: ſiquidem tu ades mihi: uirga enim tua & pedum paſtorale tuum à metu liberabunt me.

Inſtrues in conſpectu meo menſam è regione perſecutorum meorũ, ut uideant et doleant: unxiſti unguento caput meũ, & poculũ meum ad ſummũ uſq; impleuiſti. Certò certius benignitas tua, & miſericordia comitabuntur me per omnem uitam meã: quare tandẽ inhabitabo domũ Domini diebus nunquã finiendis.

Dñi eſt terra. Pſal. 24

A Domino eſt terra, et illa rerum omnium copia, qua terra plena eſt, orbis inquam terrarum ab eo eſt, & quicquid uſquam hominũ or-

bem

bem inhabitat. Ipſe enim ſupra ma-
ria firmiſsime ſtabilitã extare fecit eam,
& fluminib. elegantiſsime diſtinxit eã.
Quis aſcendet in montẽ Domini, &
cui permanere continget in loco illo, quẽ
tam auguſtum inhabitat ſanctitas illius?
Qui puris eſt manibus, & candido
pectore, qui non iurauit ſine cauſa per
animam meã, inquit Dominus, neq; fal-
lere quẽquam periurio tentauit. Qui
accipiet benedictionem ab ipſo Domino:
& iuſtitiam à Deo autore ſalutis ipſius.
Hoc eſt genus illud hominũ qui quæ-
runt illum, & participes fieri cupiũt bo
ni tibi à Deo promiſsi ò Iacob. Ita res
habet. Leuate uos portæ capita ue-
ſtra, & tollamini ianuæ, quæ ab æterno
fuiſtis clauſæ: ingreſſurus eſt enim per

uos inclytus ille rex. Quiſnam eſt rex ille inclytus? Dominus fortis & potens, Dominus ualēs in prælio. Auferte uos portæ uectes ueſtros, ut pateāt ianuæ ab æterno clauſæ: ingreſſurus eſt enim per uos rex ille inclytus. Quis hic eſt inclytus ille rex? Dominus imperator cœleſtium exercituū, ille hic rex eſt ſumma maieſtate conſpicuus. Ita res habet.

Ad te Dñe leuaui. Pſal. 25

AD te Domine animam meam erigam. Mi Deus totum me tibi concredidi, quare nunquam pudefiam ſpe mea fruſtratus, nec cauſam exultandi habebunt hoſtes mei, tanquā uictus fuerim ab eis. Quotquot enim expectant auxilium abs te, non deſtituētur expectatione ſua: fruſtrabuntur autē ſpe

ſpe ſua ſcelerati, qui ſine cauſa perſequũtur me. Vias quibus itur ad te, fac noſcam, & ſemitas tuas doce me. Guberna me bona fide, qua facere ſoles omnia, & doce me: tu es enim ille Deus, qui ſalutis autor eſſe ſoles mihi: quare nihil deſperans multo tempore expectaui, ut & nunc mihi ſuccurras tu. Reuoca in memoriam Domine clementiam & benignitatem tuam: quibus ſeculis ſuperioribus tam liberaliter uſus es erga tuos.

Peccatorũ quæ deſignaui adoleſcẽs, et delictorũ quæ ſubſecuta ſunt, ne memor eſſe uelis: ſed pro tua clemẽtia tracta me tu, qui natura benignus es Domine. Benignus & integer eſt Dominus, quare nõ dedignabitur docere uel ipſos peccatores, quo pacto uiuere illos hic oporteat.

Doce-

Docebit optima ratione, quo pacto uiuere modeſtos uelit, et docebit quæ per illos fieri cupiat. Quæcunq; facit Dominus, miſericordiæ & fidei eſſe pleniſſima conſtat ijs, qui recipiunt pactum et admonitiones illius. Propter temetipſum Domine remitte precor iniquitatē meam, quamuis plurimam. Quàm eſt felix ille uir qui reueretur Dominum: docebit quo pacto illum uiuere oporteat, ut charus fiat Deo. Anima illius feliciſſimè in bonis uerſabitur, & ſemē illius ueluti hæreditario iure poſſidebit terram.

Secretorum ſuorum participes faciet Dominus eos, qui reuerenter colunt illū: & iuxta pactum quod inijt cum eis, diligenter ipſe docebit eos. Oculi mei aſſiduè obſeruant Deum, ut ipſe liberet à

laqueis

laqueis & periculis, in quibus uerſor, pedes meos. Reſpice clementer me, et miſericors ſis erga me, quia ab omnibus deſertus & pauper ſum ego. Afflictiones cordis mei latè ſparſerunt ſeſe: ex anguſtijs quibus undique coarctor, educ quæſo me. Conſidera paupertatem & afflictionem meam, ut auferas à me uniuerſa peccata mea. Conſidera hoſtes meos quàm ſint multi, & quàm capitali odio perſequantur me. Cuſtos ſis animæ meæ, & libera me, ne pudefiã ego, qui ſpem meam omnem collocaui in te. Innocentiæ & æquitatis ſtudia ſeruent me: ſollicitè enim expecto aduentum tuum. Libera Deus Iſraelem ex omnibus afflictionibus ſuis.

Iudica me domine. Pſal. 26

IVdex eſto Domine in cauſa mea, ut palàm fiat quàm ſimpliciter fecerim quæ feci, quamq́; hoc uerè crediderim, te nunquam permiſſurum ut caderem. Scrutare omnia mea Domine, et experire qui ſim: igne explora renes meos, & ipſum cor meum. Inuenies memorem me beneficiorũ tuorum fuiſſe ſemper: exercui enim me diligenter in fide, quam concepi de te. Non habui familiaritatem cum hominibus uanis: neq; cum ſubdolis conſuetudinem habebo.

Odio habui conuenticula prauorum: & impios qui nulla certa lege uiuunt, aduerſatus ſum ſemper. Lauabo donec puræ fiant manus meæ: & ſic tandem amplectar altare tuum Domine.

Claræ

Clara uoce tibi omnia mea accepta referam: & commemorabo quàm multis modis miraculoſè adfueris mihi.

Domine optaui uehementer, ut mihi contingat habitare in domo tua, & in loco quem tua maieſtas peculiariter inhabitat. Quare non perdes cum peccatoribus animam meam, nec cum uiris ſanguinarijs uitam meam. Quorum opera ſunt ſtudio ſcelerata, quorum & dextera plena eſt muneribus. Interim ego in ſimplicitate mea, ſicut huc uſq;, perſiſtam: tu libera me à malo, & clementer tracta me. Pes meus non aberrauit à recto: quare palàm in frequentia populi laudes Domini prædicabo.

Dñs illuminatio. Pſal. 27

DOminus lux mea, & ſalus mea, à quo mihi timebo? Dominus eſt robur uitæ meæ, à quo metuam?

Quum educerent copias ſuas aduerſum me homines ſcelerati, ut funditus perderent me inimici mei capitales, in ipſo conatu inferiores facti, corruerunt.

Si inſtruatur aduerſus unũ me iuſtus exercitus, nihil metuet animus meus: & ſi committatur mecũ prælium, in ipſa pugna firmiſsimè credã auxilio futurum te mihi. Vnum quiddã oraui Dominũ, quod & pergam indeſinenter petere, liberam in domo Domini ab omni ſolicitudine uitam: ut coràm uidere poſſim quantum ſit amœnitatis apud Dominum, & ſcrutari quàm ſint in regia illius uaria, et

admira-

admiratione digniſsima. Abſconderet e=nim tum me in tabernaculo ſuo, nec ſine=ret unquam ſentire me incommodi quic=quam: occultaret me in penetralibus do=mus ſuæ, & ueluti ſuper petram hoſtib. meis inacceſſam, colloc aret me. Sed & nunc ſcio ſuperaturũ me eius benefi=cio inimicos meos uniuerſos, quãuis un=diq; oppugner ab illis: quare et immola=bo in tabernaculo illius hoſtias, in ſignũ ingentis lætitiæ cantabo, & conſcribam Pſalmos in laudem Domini. Audi Do=mine uocem meam quum clamauero, & miſericorditer tracta me, & reſponde uotis meis. Hortatus ex animo ſum, expertus benignitatẽ tuam, alios, ut ſtu=deant comparare fauorem tuũ ſibi: ego certè faciam quod uolent illi: ut placido

ſis ergà me uultu tuo Domine, ſedulò conabor. Tu uerò noli abſcondere à me uultum tuum, neq; aduerſeris tanquam iratus ſeruũ tuum: qui toties auxilio fuiſti mihi, ne neglige nunc me, neque deſere Deus autor ſalutis meæ. Quum pater meus, & mater mea reliquiſſent me mihi, adiunxit me ſibi Dominus, & curam ſuſcepit mei. Oſtende mihi Domine uiam qua itur ad te, & porrecta manu, quemadmodum paruulo mater ſolet, duc me per ſemitã rectã, ne hoſtes mei uiam intercipiant mihi. Ne permittas me premi tyrannide hoſtiũ meorũ, quorum opera factũ eſt, ut inſurrexerint aduerſum me teſtes iniqui, & is qui falſò ſcelus commentus eſt, quod impingat mihi.

Eò res perducta fuit, ut niſi firmiſsimè

mè credidiſſem, & ueluti perſuaſum habuiſſem uiſurũ aliquando me inſignẽ Do*mini benignitatẽ in terra qua uiuunt, qui nunquam ſunt morituri: tunc animũ deſpõdiſſem.* Q*uare patiẽter expecta, quiſquis ſapis, auxilium* Domini*, ſis animo infracto, nec dubita quim ipſe cõforta turus ſit cor tuũ: et quicqd acciderit tibi, feras patiẽter, et totus pẽdeas à domino.*

Ad te Dñe clamabo. Pſal. 28

T*Vum* Domine *auxiliũ implorabo, qui inſtar rupis hoſtibus meis inacceſſæ olim eſſe ſoles mihi, ne obſurdeſcas quæſo ad preces meas: ne ſi fortè non reſponderis uotis meis, ego fiã ſimilis ijs, qui pergunt ad ſepulchra.*

A*udi uocẽ precationis meæ: clamabo enim ad te, et ſuſtollã in altũ manus meas*

uerſus cœlũ, in quo ueluti in templo ſan=ctiſsimo maieſtas tua peculiari quodam modo habitat. Ne me unũ è numero impiorũ & flagitioſorum fieri ſinas, qui uerbis apud ſocios amicitiam ſimulant, & uenenũ peſtilens in pectore geſtant.

Retribue illis ſecundũ illorum deme=rita, & ſecundum malitiam ſcelerata=rum cogitationum, quibus alios ſup=plantare ſtudent: ſecundum opus manuũ illorũ redde illis, perſolue illis quod ſuis ſceleribus merentur. Et quia non co-nabũtur cognoſcere Dominũ per ea quæ facta ſunt ab illo, nec per mirabile hoc creationis opus, in quo tam manifeſtè re lucet omnipotentia manus illius, ipſe de=ſtruet funditus eos à nullo unquam reſti-tuendos. Dignus eſt qui perpetuò lau

detur

detur à me Dominus: audiuit enim uocẽ precationũ mearum. Dominus fortitudo eſt mea, & protectio mea, cor meũ per omnia credidit illi: quare & fortis factus ſum, et præ gaudio ſubſilijt cor meũ, et carminibus meis teſtabor, quantũ acceperim beneficij ab illo. Dominus uires ſuppeditat ſuis: & præcipua pars uictoriarum Chriſti ſui ipſe ſemper fuit.

Tutare Domine populũ tuum, & auge donis tuis, quos ueluti hæreditario iure bonorum tuorum participes eſſe uoluiſti: paſce eos, & erige eos aſsidue magis ac magis in perpetuum.

Afferte Dño filij. Pſal. 29

TRibuite domino robuſtiſsimi quique, tribuite inquam Domino gloriam & omnipotentiã. Tribuite

buite Domino, & fateamini eſſe augu/
ſtiſsimum nomen illius, ſupplices efficia-
mini Domino, quemadmodum meretur
ſacroſancta maieſtas illius. Vox Do/
mini cõmouet aquas, Deus qui digniſsi/
mus eſt omni gloria, tonitru excitat, Do-
minus poteſtatẽ habet effundendi in ter
rã aquas plurimas. Vox Domini eſt
potẽtiſsima: uox Domini eſt magnificen
tiſsima. Vox Domini cõfringit cedros:
cõfringit Dominus cedros Libani. Et
ſubſilire faciet inſtar uituli Libanũ, & i/
pſum mõtẽ Siriõ nõ aliter quàm pulli ſo
lent unicorniũ. Vox Domini ſecat flã
mas ignis. Vox Domini cõtremiſcere
facit deſertũ, cõtremiſcere facit dominus
deſertũ Cades. Vox Domini parere fa
ciet præ metu ceruas, conſpicua reddet

quæ latent in denſis & uaſtis ſyluis: interim in tēplo illius unaquæq; res ꝑ modulo ſuo agnoſcit maieſtatē illius. Dominus *tempore diluuij regnum obtinuit, & manebit rex perpetuò.* Dominus *uires dabit populo ſuo,* Dominus *beabit populum ſuum pace perpetua.*

Exaltabo te Dñe. Pſal. 30

L*Audibus efferam te* Domine, *quod ſeruaueris me, nec anſam præbueris hoſtibus meis inſultandi cum gaudio mihi.* Domine *mi* Deus *imploraui auxiliū tuū, & ſanaſti me.* Domine *ſaluā eſſe uoluiſti animā meā ab inferis, ſeruaſti me ne fierem unus è numero eorū qui præcipites eunt in puteum.*

Cātate Dominū *quotquot experti eſtis benignitatē illius, celebrate memoriam*

ſacroſanctæ maieſtatis illius. Momentanea eſt enim ira illius; amor uerò quo proſequitur ſuos, per omnẽ durat uitam: ſi fortè ſub ueſperã accidat flebile quicquam, illud in ipſa aurora cõmutabitur in gaudiũ. Ego dicebam nimiũ fidens præſentibus, quũ eſſem in ipſo flore meo, felicitas hæc durabit, nec quicquam experiar unquã mali. Tu profectò Domine muniuiſti id quod præcipuũ eſt, & ueluti mõs in me munitione firmiſsima: ſed caſtigaturus ſtultitiã meam auertiſti pauliſper faciem tuam à me, & turbata ſunt omnia conſilia mea. Quare iterũ clamabo ad te Domine, & inceſſanter Dominũ orabo. Quæ quæſo utilitas eſſet me ſanguine fuſo pergere ad interitum? celebrare ne poterit te puluis, aut prædi-

care conſtantiam & ſtabilitatē tuam in promiſsis? Audi Domine,*& miſereat te quæſo mei,*Domine *ſis auxilio mihi.*

Conuertiſti iterū ſubitò luctum meū in exultationem,rupiſti ſaccū quo indutus fueram,& perfudiſti me gaudio omni ex parte. Q*uare cantabit te inceſſanter anima mea,quæ decus eſt & pars optima mei :* Domine mi De*us toto tempore uitæ meæ acceptam tibi referam ſalutem meam.*

In te Dñe ſperaui. Pſal. 31

D Omine in te ſperaui, fac quæſo ne unquam pudefiā ſpe mea fruſtratus,ſed tua iuſtitia ſerua me. Præbe mihi aurē:citò libera me: ſis mihi pro rupe inacceſſa hoſtibus meis, & arce munita turrib. multis;ut ſerues me.

*Quia pro petra & pro turri tu mi-
hi eſſe ſoles: propter nomen tuũ tua ſpõ-
te deduces me quocunque eundum fuerit
mihi, & enutries me.* Explica*bis me
è laqueo quem abſconderunt ut capiant
me: nihil enim poſſem ego ſine te.*

Cur*æ tuæ commẽdabo ſpiritum meũ,
ſæpe liberaſti me, & liberabis* Domine*,
in promiſsis conſtantiſsimè uerax.*

O*dio habui eos qui amplectuntur ua
na, quæ illis uſui futura non ſunt: ego cer
te ſpem omnem poſui in te.* L*ætabor
& exultabo expertus miſericordiam
tuam: uidiſti enim afflictionem meã, &
agnouiſti in medijs perſecutionibus ani-
mam meam.* N*ec permiſiſti me pre-
mi tyrannide hoſtis mei: quin potius fir-
maſti in loco ſpatioſo greſſus meos.*

Misereat

Miſereat te mei Domine, quoniã imminet periculum mihi: corroſus eſt præ mœrore oculus meus, anima mea & uenter meus. Conſumpta enim eſt mœſtitia bona pars uitæ meæ, & anni mei cũ gemitu: deſtituit me propter iniquitatẽ uirtus mea, & oſſa mea contabuerunt.

Metu hoſtiũ meorũ, qui numero ſunt plurimi, factũ eſt ut tanquã probroſum exhorruerint me proximè uicini mihi, & terrori fuerim illis, cũ quibus quondã mihi fuit arctiſsima familiaritas: quotquot uidebãt me, foras fugerũt relicto me ſolo. Obliuiõi datus fui nõ aliter q̃ mortuus aliquis, qui nõ ſperatur unq̃ priſtinæ uitæ reſtituẽdus, et tanq̃ uaſculũ nulli amplius uſui aptũ. Audiui enim obloquia multorũ, et minas eorũ q̃ erãt circũ me:

conſpirabant enim unanimiter aduer-
ſum me, & uitam adimere mihi conſti-
tuebant. Ego interim te Domine con-
fiſus in ea perſtiti ſententia, ut quicquid
accideret mihi, nō dubitarem quin Deus
adeſſes mihi tu. In poteſtate tua ſunt
tempora mea, libera me à tyrannide ini-
micorum meorum, & eorum qui perſe-
quuntur me. Hilarem exhibe uultum
tuum ſeruo tuo, ſaluum me fac pro genui
na miſericordia tua. Domine non uer
tatur mihi pudori, quòd implorauerim
auxilium tuū: pudefiant impij, & taceāt
ſepulti apud inferos. Muta fiant labia
quæ aſſueuerant mendacijs, quæ cōtem-
ptim loquuntur de iuſto, & cum faſtu.

Quàm ſunt copioſæ diuitiæ tuæ, quas
repoſuiſti in uſus eorum qui colunt te: de-

ſignaſti

ſignaſti plurima in gratiā ſperantium in te, palàm in conſpectu & cum admiratione poſterorū Adæ. Abſcondes eos et collocabis eos è regione faciei tuæ, quæ impijs abſcondita eſt, ut tuti ſint à minis quantumuis potentis: abdes eos in habitaculo tuo, ut liberi ſint à linguarum uirulentia. Maior omni laude Dominus, *qui miro quodam modo oſtendit miſericordiam ſuā mihi, et tanquam in munitiſsima fuiſſem ciuitate, tutatus eſt me.*

Ego quidem olim in anxietate ſumma conſtitutus, abiectū me eſſe putabam abs te: uerum tu etiam tum diligentiſsime auſcultabas quotienſcunq; clamabā, & omnes precationes meas audiebas. Amate Dominū *quotquot benignitatem illius experti eſtis: candidos cuſtodit dominus,*

&

& reddet pro faſtu copioſè quod mere-tur, homini faſtuoſo. Animo forti eſtote, nec dubitate quin Dominus ipſe robur additurus ſit animis ueſtris, quot-quot patienter expectatis aduentū illius.

Beati quorum. Pſal. 32

FElix ille cui condonatum eſt deli-ctum, & cuius coopertum eſt pec-catum. Felix ille homo, cui Dominus non imputabit peccatum, nec fraus in animo illius inuenta eſt.

Quandiu tacui conterebantur uires meæ, præ erumpente eiulatu aſsiduè.

Quia per diem & noctem ingraue-ſcebat manus tua contra me, ſic mutatus ſum, ut ex ſucculento factus ſim aridior, quàm ſunt ariſtæ in media meſſe. Ita res habet. Quare aliud inij cōſilium,

&

& ſtatui peccatum meum non amplius celare, ſed aperire tibi iniquitatem, quã admiſeram: quod quàm primùm feciſſem, abſtuliſti continuò iniquitatem peccati mei. Ita factum eſt profectò.

Quare exemplo meo precibus aget apud te, quiſquis benignitatem tuam expertus eſt, ut tempus remiſsionis inueniat: quòd ſi contigerit illi, nullæ quantumuis multæ fiãt malorũ inundationes, ad illũ poterunt pertingere. Tu prouidentia tua occulta à malo proteges me, & gaudijs, quibus gaudere ſolent è manibus hoſtiũ elapſi, afficies me, Certo certius. Prudentẽ, inquit Dominus, faciã te, & docebo quo pacto uiuere oporteat te, et ſtudioſiſsimè obſeruabo te oculo proprio. Tãtũ ne ſimiles efficiamini equo, uel

uel mulo,qui non ſolum nihil intelligit be neficiorum in ſe collatorum: ſed capiſtro uel fræno os eius cõſtringere oportet, ne appropinquet & mordeat uos. *Mala plurima manent impium: eum autẽ qui ſpem ſuam ponit in* Domino, *illũ ipſe be nignitate ſua cumulatiſsimum reddet.*

Lætamini quòd propitium habeatis Dominũ, *& ſeriò exultate iuſti, edite ſi= gna lætitiæ quotquot animo cãdidi eſtis.*

Exultate iuſti. Pſal. 33

C*Vm exultatione laudate iuſti do minũ: æquiſsimum eſt enim & decentiſsimũ, ut à candidis lau= detur* Dominus. *Laudate* Dominum *cithara, nablo, & decachordo laudes il= lius decantate.* *Canite in honorem il= lius carmen non uulgare, ſed nouũ: ope-*

ram

ram date ut quàm optimè cantetis, et cũ
animi alacritate. Aequa enim ſunt
quæ loquitur & mandat Dominus: &
quicquid facit, optima illud fide facit.
Amans eſt iuſtitiæ & æquitatis: beni
gnitatis Domini nihil expers eſt eorum,
quæ ſunt in uniuerſa terra. Verbo Do
mini cœli facti ſunt, & ſpiritu oris eius
uniuerſus ornatus illorum. Colligit ue
luti in cumulum aquas maris, & conclu-
dit certo loco ſeruandas abyſſos, non ali
ter quàm theſauri ſolent. Sollicitè co-
lant Dominum quotquot in terra degũt:
& offendere illum metuãt quotquot ſunt
habitatores orbis. Ipſe enim quicquid
fieri unquam uoluit, id factũ eſt: & quic
quid unquã iuſsit exiſtere, id extitit con
tinuò. Dominus turbauit conſilia gen

tium, irrita fecit machinamenta populorum. Conſilium uerò Domini perpetuo inuariatum manebit: quæ ipſe in animo ſuo facere proponit, ea fient quocũq; tempore ipſe uolet. Beata gens quæ Dominum habet protectorem ſuum: & populus ille felix eſt, quem Dominus ſibi elegit, ut illum peculiari modo poſsideat.

E cœlo proſpexit Dominus, contemplatus eſt quicquid uſquam eſt hominũ.

E tabernaculo, quod ab omni inquietudine liberum ipſe inhabitat, conſiderauit uniuerſos habitatores terræ. Ille inquam conſiderauit uniuerſos, qui finxit ſine ulla exceptione corda omnium, qui & nouit ſingulorum opera ſingula.

Ne rex quidem ſaluus euadet exercitu quantumuis numeroſo: nec miles quan-

tumuis

tumuis ſtrenuus pericula euadet ꝓprijs uiribus. Res fallax eſt equus ad præſtandam ſalutem:nec ullis uiribus ſuis eripere à periculis poterit ſeſſorem.

Ecce oculus Domini obſeruat & cuſtodit eos, qui reuerenter colunt ipſum: & eos qui patienter expectant,ut benignitatis illius participes fiant. Vt liberet eos à morte, & uictum ſuppeditet illis tempore famis. Anima noſtra expectauit Dominum aſsiduè: auxilium enim noſtrũ & protectio noſtra ipſe eſt.

Ipſe pro ſua benignitate cauſam gaudendi præbebit cordibus noſtris, qui ipſius nos ſacroſanctæ maieſtati curandos tradidimus. Reſpondeat expectationi noſtræ benignitas tua Domine.

Benedicam Dñm. Pſal. 34

LAudabo Dominũ omni tempore, aſsiduè laudes illius cantabit os meum. In laudando Domino occupata erit anima mea, ut audiant qui aduerſa patiuntur, & recreentur.

Laudibus quantum poteſtis maximis efferte Dominũ, extollimus nomen illius unà omnes. Quæſiui Dominũ, et exaudiuit me, & ex omnibus anguſtijs eripuit me. Conuertant ſe ergo ad illum properè quotquot ſapiunt: aſſequentur enim quicquid poſtulauerint ab illo.

Hic enim pauper clamauit, & Dominus exaudiuit, et ex omnibus tribulationibus liberauit eum. Caſtrametatur angelus Domini circa cultores illius, ut ſeruet eos. Quare reuerenter colite

Dominum ſancti illius: nihil enim deerit unquam cultoribus illius. Perpendite, & uidebitis tam liberaliter benignũ eſſe Dominum, ut felicem indicaturi ſitis uirum, qui ſpem ſuam collocat in eo.

Qui potentia leonibus ſimiles uidebantur, ad inopiam redacti ſunt, & famem paſsi: quum interim quærentib. Dominum nihil defuerit unquam. Venite quotquot diſcere cupitis, & auſcultate mihi: quo pacto uerè coli uelit Dominus, docebo uos. Quiſquis cupis fieri longæuus, & multis annis uiuere feliciter. Cohibe linguam à maledicentia: & compeſce labia tua ne concinnent dolos. Fuge malum & fac bene: ſectare pacem ut aſſequaris eam. Oculi Domini obſeruant iuſtos, et aures habet ac-

cõmodatas ad clamores illorum. Torvo uultu Dominus aſpiciet ſceleratos, ut aboleat à terra memoriam illorum.

Clamauerunt iuſti, & Dominus ſic exaudiuit eos, ut ex omnibus aduerſis eripuerit eos. Adeſt Dominus his qui fracto ſunt animo, & eos qui afflicto ſunt ſpiritu, ſaluos faciet. Multa incõmoda accidunt iuſto, ſed ex omnibus illis eripiet eum Dominus. Sic cuſtodit omnia oſſa illius, ut ne unum quidem cõfringatur ex omnibus. Occidet impium ipſa impietas, & quotquot odio perſequuntur iuſtum, peribunt. Seruat animas cultorum ſuorum Dominus, nec ſinet interire quenquam eorum, qui ſeſe crediderunt illi.

Iudica Dñe. Pſal. 35

SVpplicium ſume de aduerſarijs meis Domine, pugna aduerſus oppug-
nantes me. Arripe clypeum & lanceam, & fer ſuppetias mihi. Ar-
ma te gladio & haſta, ut occurras per-
ſecutoribus meis: promitte allaturum te animæ meæ ſalutem. Suffundantur pudore & afficiantur ignominia, quot-
quot ſtudent ſubuertere me: conuertan-
tur in fugam & infames fiant, quotquot machinantur malum mihi. Fiant ſimi
les feſtucæ, quæ raptatur flatu uenti, & angelus Domini inſequatur eos. Deſti-
tuatur lumine uia, per quã fugiendũ erit eis: lubrica fiat, et angelus Domini perſe
quatur eos. Quia ſine ulla cauſa conati ſunt clã laqueis ſuis mortiferis inuoluere

:ne:ſine cauſa foueã foderũt in perniciem meam. Eueniat unicuiq; eorum calamitas de improuiſo, & rete illud quod expandit in perniciem meam irretiat ipſum: in eandem illam foueã quam mihi parauerat, incidat ipſe. Anima mea gaudeat & exultet ſeriò, propterea quòd ſalutém afferre dignatus ſis mihi.

Omnia oſſa mea dicant non eſſe ſimilem tibi Domine, in eripiendo paupere à uiolentia eorum, qui uirib. illo ſuperiores ſunt: in eripiendo inquam afflicto & egeno ab opprimentibus illum. Conſurrexerunt aduerſum me teſtes iniqui, quæ ignorabam ipſi interrogantes obiecerunt mihi. Reddiderunt malum mihi pro bono, ad inopiam redigere conabantur me. Ego interim quum ipſi infirma-

firmarentur, pro ueſtimẽto uſus ſum ſacco, & ieiunio maceraui me, & precibus impetraui à Domino, *quæ uolui pro eis.*

*T*anquam *ſi ſummus amicus, imò frater quiuis eorum fuiſſet mihi, omnia humanitatis officia exhibui eis in aduerſis: non aliter quàm qui matrem lugent, pullatus & capite demiſſo inceſsi.* Econ*trario quoties mihi aduerſi aliquid accidit, uoluptatem ex meo malo capiebant, & congregabantur: congregabãtur inquam aduerſum me homines deprauati: qui læſi à me nulla re fuerant, proſcindebant me conuitijs ſine intermiſsione.*

*V*nà *cum ſcurris & irriſoribus fruſto panis conductis, non deſtiterunt frendere contra me dentibus ſuis.* Domine *quando tandem horum habebis rationẽ?*

libera quæſo animam meam ab ijs, qui perdere conantur eam, à catulis leonum ſolitariam & omni humano auxilio deſtitutam. Accepta referam tibi omnia mea, idq́; palàm in hominum frequentia: apud populum fortem laudibus extollam te. Non habeāt anſam inſultandi, qui hoſtiliter inſequtūur me ſine ratione: nec illi, qui odio me habent abſq; ulla cauſa, & ſubſannant me. Non enim quibus tutò fidi poſsit loquuntur: ſed aduerſus inſontes, qui in terra degunt, dolos concinnant. Dilatauerunt os contra me, & inſultantes clamauerūt, optimè, optimè, tandem uiderunt quæ uoluerunt oculi noſtri. Vidiſti hæc omnia: ne quæſo diſsimula Domine, ne deſere me, quemadmodū ſolent, qui procul abeūtes ami=

cum

cum relinquũt in periculis. Profer te, *& oſtẽde in cauſa hac mea, ipſos ea quæ faciũt, te dormiẽte non facere: ſed quamuis non appareat, te deum* Dominũ *meũ diligentiſsimè curare negocia mea.*

Iudica quod iuſtum eſſe nouiſti Domine *mi* Deus: *& fac ne habeant quare ipſi compotes uoti irrideant me.* Non habeant *cur dicant in corde ſuo, ex animi noſtri ſententia hæc res ſucceſsit nobis: neq; iactent ſe proſtrauiſſe me.* Pudore *afficiãtur, & infames fiant, quotquot uoluptatẽ capiũt ex malo meo: induant cõfuſionẽ et pudorẽ, quotquot erigũt ſeſe ut noceãt mihi.* Gaudeãt *& lætẽtur quib. placet innocẽtia mea: & dicãt iugiter,* Magni *fiat* Dominus, *q pacẽ habere uoluit ſeruũ ſuũ.* Lingua *mea ſedulò* prædi-

prædicabit iuſtitiam tuam & laudes tuas cantabit aſsiduè.

Dixit iniuſtus. Pſal. 36

PErſuaſit, quantum animo poſſum concipere, ipſa nequitia impio ex legi, non eſſe metuendum illi, ne Deus *ſupplicium ſumat de ſceleribus illius.* Blandis *perſuaſionibus egit apud illum, ut placere incipiat ipſe ſibi flagitijs ſuis: quare ſic offenditur* Deus, *ut ipſum cum ſceleribus ſuis deprehenſum, odio perſecuturus ſit perpetuò.* Sermo *illius iniquitatis, & fraudis plenus eſt: noluit reſipiſcere, neq; uitam in melius commutare.* Cogitabit *noctu iacens in lecto, quibus artibus opprimat plurimos: ſectabitur uitæ genus peſsimũ, nullum genus malitiæ prætermittet.*

Domine

Domine quicquid ambitu cœlorũ con tinetur, benignitatis tuæ particeps eſt: et conſtantiam propoſiti tui ſentiunt quæcunq; inter terram & nubes media ſunt.

Iuſtitia tua magnitudine ſuperat mõtes altiſsimos, iudicia tua profundiora ſunt profundiſsima abyſſo, hominem & beſtiam ſaluabis Domine. *Quàm eſt magnificienda benignitas tua* Deus, *per quam poſteri* Adæ, *ueluti latẽtes ſub umbra alarum tuarũ, tuti degunt.* Fruen *tur copia earum rerum, quibus abundat domus tua, & ueluti flumine uariarũ uoluptatum potabis eos. Apud te enim fons eſt uitæ perennis: ubi illuminati fuerimus lumine tuo, à tenebris liberi erimus perpetuò. Benignitatis tuæ copioſius participes fac eos, qui agnoſcunt*

te

te, et iuſtitiæ tuæ eos, q̃ cãdido ſunt pecto re. Nõ perueniat uſq; ad me pedibus ſuis ſuperbus, nec moueat me loco meo impiorũ ferox manus. In ipſo conatu collapſi ſunt qui perpetrare iniqua cona bãtur, ꝓſtrati ſunt, nec poterũt ſurgere.

Noli æmulari. Pſal. 37

NIhil te moueat ſi ſceleratos uide ris opulentos, nec illis inuideas proſperitatis tantillum. Simi‑les enim deprehẽdentur fœno, quod ex‑ortum minimo durat tempore: & herbæ ſimiles erunt uirenti, quæ marceſcit ſubi‑tò. Fiduciam tuam colloca in Domino, *& ſectare quod bonũ eſt, ut terrã inhabi tes lõgo tẽpore, & paſcas & augeas aſ‑ſiduè de* Domino *cõceptã fidẽ. Si ob‑lectaueris te* Domino, *dabit tibi quantũ animo*

animo concupiſcere poteris. Cõmitte Domino ſtatũ rerũ tuarũ,fide illi: optima enim fide curabit & te, & tua omnia. Et faciet ut tam ſit cõſpicua iuſtitia tua, quàm eſt lumen ſolis: & æquitates tuæ, licet nunc nonnihil obſcurentur impiorũ fœlicitate,tam claræ fient,quàm eſt ſol in ipſo meridie. Patienter expecta Dominum,& fer æquo animo,ſi quid ab illo tibi immittatur aduerſi:neq; contriſteris, ſi uideris alium quempiam fœlicius augere ſua, quod ſæpenumero ſceleratiſsimo cuiq; euenire ſolet. Cohibe animum tuum ab ira, & pelle furorem,nec ſic incendaris,ut illorum ſceleratorum exemplo ad perpetranda ſimilia animum inducas. Scelerati enim homines ſubuertentur, qui uerò

Dominum patienter expectant, uelut hæreditario iure terram poſsidebunt.

Breuiſsimè ſic interibit impius, ut ueteris pompæ, qua admirationi fuit multis, nihil reliquum uiſurus ſis. Interim modeſti poſsidebunt terram, & tranquilliſsimè uiuent nacti pacem, quæ plurima ſecum commoda allatura ſit. Conabitur impius iuſtũ ſubuertere, & frendet aduerſus illum dentibus ſuis. Dominus ridebit minas illius: nouit enim quàm ſit in propinquo tempus, quo ipſe peribit. Gladium è uagina exemerũt impij, & arcum ſuum tetenderũt, ſi quo modo proſternere poſſent inſontem humano præſidio deſtitutum, & eos deuorare, qui innoxiè uiuunt. Gladius eorum penetrabit cor eorum, & arcus eo-

rum

rum confringetur. Satius eſt paululũ habere & partũ iuſtè, quàm diuitias plu rimas, quomodo habent eas improbi.

Poſteritas enim impiorum diſsipabi= tur, ſeruabit uerò iuſtos dominus. No= uit dominus dies iuſtorum, & curæ ſunt illi, & hæreditas eorum perpetua erit.

Non fruſtrabuntur ſpe ſua, quando a= lios inuoluet temporis infelicitas: & a/ lijs fame laborantibus, ipſi ſaturabũtur.

Impij peribũt interim, & inimici do mini, non aliter quàm adeps agnorũ, qui adoletur ſuper altare, finẽ capiens, unà cum fumo deficient. Mutuum accipit impius, nec reddet: iuſtus autem miſeri/ cordia motus ultrò dat ijs, qui opus ha= bent. Quare qui bene precantur ob iuſtitiam ei, terram poſsidebũt: qui uerò

maledicunt,extirpabuntur. A Domi=*no dirigentur greſſus uiri, & uitæ genus quodcunq; elegerit,gratum erit illi.*

Si ceciderit,non ſupplantabitur: Do=*minus enim apprehenſa manu eriget il=lum.* Iuuenis *fui, & diu uiuendo ſe=nex factus ſum, nec tamẽ uidi iuſtum de=ſertum, nec ſemen illius laborare inopia uictus.* A*ſsiduè in omnes miſericors eſt iuſtus, & mutuo dat:quare poſteri il=lius diuitijs abundabunt.* Fuge *malũ, & ſectare quod bonum eſt,ut poſsis du=rare perpetuò.* Amat *enim* Dominus *quod æquum eſt, nec unquam deſeret ſan ctos ſuos: cuſtodia enim adhibita illis eſt perpetua, impiorum uerò poſteritas ex=terminabitur.* Iuſti *tanquã ſuam poſ=ſidebunt terram, & inhabitabunt eam diu=*

diutiſsime. Os iuſti tractabit ſapien=
tiã, & lingua eius loquetur quæ ad rem
pertinebunt. Doctrina Dei ſui ſtabi=
litum habet cor: quare ſtabilis erit, & à
lapſu ſecurus pes eius. Obſeruat im-
pius iuſtũ, & ſtudioſe quærit quõ occi=
dat eũ. Sed Dominus nõ ſinet eũ op=
primi tyrannide illius, nec permittet eũ
impietatis cõuinci, quãdo cauſa eius in iu
dicio tractabitur. Expecta ergo patiẽ
ter aduẽtũ Domini, & uiue ſecũdũ præ/
ſcripta illius: quod ſi feceris, extollet te,
et terræ præficiet, et quãdo impij ſubuer
tẽtur, tu interitũ eorũ ſecurus aſpicies.
Vidi impiũ potẽtẽ, & uirẽtẽ, et ſimilẽ
lauro quæ uiret perpetuò. Sed paulò
poſt obiter præteriui locum in quo antea
floruiſſet ille: uerũ inueniri non potuit,

euanuerat enim. Sit tibi curæ integritas, & ſpecta ſemper id quod rectum eſt: eum enim qui talis eſt, pax manet perpetua. Scelerati omnes funditus ſubuertentur: exitus impiorum erit miſerabilis.

Salus proueniet iuſtis à Domino, *fortitudo eorum ipſe erit tempore afflictionis.* Et *auxiliabitur eis* Dominus, *liberabit inquam eos ab impijs, & ſalutem adferet illis, quia ſpẽ ſuã poſuerũt in eo.*

Dñe ne in furore. Pſal. 38

NE *quæſo* Domine *pro graui ira, etſi iuſtiſsimis de cauſis aduerſum me cõcepta ſit, caſtiges me: neq; pro bili, quam ego meis ſceleribus moui tibi, animaduertas in me.* Iam *nunc enim tuæ ſagittæ altè infixæ hærẽt in me: & manu tua proſtrauiſti me.*

Nihil

Nihil integrum eſt in toto corpore meo, præ metu quem de te concepi irato: nihil eſt in oſsibus meis quietum, propterea quod peccatorum conſcius mihi ſum.

Iniquitates ſuperauerunt caput meũ: & factæ ſunt grauiores, quàm quibus ferendis ſufficiam. Putruerunt & recrudeuerunt malè obductæ cicatrices meæ, propter inſignem ſtultitiam meam.

Peccati pondere depreſſus ſupra modum humiliatus ſum: toto die habitu lugubri obambulaui triſtis. Inteſtina enim mea feruenti plaga plena ſunt, quæ ſic erumpit, ut nihil in corpore integrum reliquerit. Debilitatus ſum, & modis tã miris uulneratus, ut præ intolerabili animi cruciatu uocem ediderim non humanam, ſed rugitum potius leoninum.

PSALMVS XXXVIII

Domine notũ tibi eſt deſideriũ meũ, & ſuſpirium meum non latet te. Cor meum palpitat intra me, deſtituit me robur meum, & lumen oculorũ meorũ nõ habeo in poteſtate mea. Amici olim mei, & familiares è regione plagæ meæ ſteterunt: & uicini mei procul à me fuerũt ſemoti. Retia expandũt inſidiãtes uitæ meæ, & ſtudentes incommodare mihi, loquebantur ſcelerata, & fraudes aſsiduè machinabantur. Ego uerò tanquã ſurdus audire diſsimulabã: & factus ſum ueluti mutus nõ aperiens ad reſpondendũ os ſuũ. Et ſimilis erã uiro qui nihil audit, nec diluit quæ illi obijciuntur crimina. Ad te enim Domine anhelabam: tu audies ſuſpiria mea Domine mi Deus. Valde metuebã ne nanciſceren

tur

tur ipſi anſam gloriãdi aduerſum me:qui quoties uel tantillũ accepiſſem incommo di,erigere ſolent criſtas ſuas. Cauſam *habebã metuendi, quòd ferendis uerberib. deſtinatus eſſem: quodq; uulnus meũ cogerer circũferre mecum iugiter.*

Hoc *illud eſt graue animi uulnus, quòd iniquitatem meam non poſſum non agnoſcere, dum memet mihi oſtendo: nec dolorem remittere ſinit recordatio peccati mei.* Dum *ego ad eum modum affectus ſum, inimici mei uiuunt, et ualent: & numero plurimi perſequuntur me, nihil unquam uel re uel uerbo læſi à me.*

Q*uin potius malum reddiderunt mihi à quo beneficium acceperant: aduerſati ſunt mihi non alia magis cauſa, quàm quòd uita mea illorum diſsimilis*

 erat:

erat: facere enim bene ſtudebam. Vi-
des Domine *quo in loco ſint res meæ:*
quare auxilio ſis mihi Domine *mi* Deus,
& ne relicto me in his periculis, tu pro-
cul hinc abſceſſeris à me. Citò *accur-*
re, ut auxilio ſis mihi Domine *autor ſa-*
lutis meæ.

Dixi cuſtodiam. Pſal. 39

S*Tatui ne uerbo quidẽ ullo ſine fru-*
ctu anſam præbere impijs calum-
niandi: frænum adhibebo ori meo
quandiu negotium mihi fuerit cum im-
pio. O*bmutui penitus, abſtinui etiam*
bonis, metuens ne & illa in calumniam
raperent: quamuis ea taciturnitas uehe-
menter auxerit dolorem mihi. Con-
caluit intra me cor meum, & quum ani-
mo reuoluerem, quibus in malis eſſem,
non

non aliter æſtuabam, quàm ſi ignis intra me arderet, qui erumpere cogeret me in uocem hanc. Fac ſciam Domine finẽ *meum, & numerũ dierum meorum qui reliqui ſunt adhuc, ut cognoſcam quanto tempore in miſerijs uiuendũ mibi ſit adhuc.* Certum eſt enim, te ueluti in digitis *numeratos habere pauciſsimos dies meos, & huius uitæ tempus apud te rem eſſe penitus nibili: reuera enim modis omnibus uaniſsimus eſt, quiſquis eſt homo, quantumuis uideatur eſſe aliquid.* Ita res habet. Etenim in tenebris tota *uita ſua uerſabitur quiſquis fuerit: & ſine fructu tumultuabitur: colliget magno ſtudio multa, neſciens interim in cuius uſus congreget ea.* Et ego hoc rerũ ſtatu, *quid aliud opto Domine, quàm ut ſuc-*

*curras mihi? à nemine enim ſubſidiũ ex=
pecto niſi à te.* Et *ut ab omnibus pec=
catis meis liberes me, nec ſinas me fieri
ludibrio ſtolidis,& impijs hominibus.*

Obmutui *nõ aperturus os meũ, quòd
ſcirem ad exercendam patientiam abs te
immitti hæc mihi.* Aufer *pauliſper à
me flagellum tuum, præ metu enim ma=
nus tuæ propemodum exanimatus ſum.*

Caſtigationibus *ob iniquitatẽ immiſ/
ſis,crudire ſoles hominem:& abſumere,
donec reſipiſcat, quicquid in eo eximiũ
fuerat, quemadmodum tinea ueſtimen=
tum conſueuit. quare nihil niſi mera ua=
nitas eſt quiſquis fuerit homo.* Ita *res
habet.* Audi *precationem meam* Do/
*mine, & clamorem meum auribus hau=
ri:ad fletum meum ne obſurdeſcas:pere=*

grinus

grinus enim ſum apud te, & alienigena, quales fuerunt oẽs progenitores mei.

Abſtine paululum à flagellando me, ut uires priſtinas recipiã: priuſquàm migrare cogar nunquàm rediturus huc.

Expectãs expectaui. Pſal. 40

Solicitè expectans expectaui, donec præberet ſe mihi Dominus: *& exaudiret clamorẽ meũ.* Et *extraheret me è puteo illo calamitoſo & luto ſordidiſſimo, et cõſtitueret me in rupe erectũ in pedes meos, uiã mihi præparãs, per quã ambularẽ inoffenſè.* Et *immitteret in os meũ carmẽ, quo noua decãtẽtur, & inaudita beneficia* Dei *noſtri.* Vide*bũt hæc plurimi, et reuerebũtur* Domi*nũ, & credẽt ſe illi.* Beatus *ille uir, qui ponit in domino fiduciã ſuã, nec admiratur*

*ratur eos, qui iactant uires ſuas, & ſe-
ctantur fluxa hæc, quæ aliquid eſſe ui-
dentur, quum nihil ſint.* Plurima deſi-
gnaſti tu Domine admiratione digniſſi-
ma, & cogitationes quibus ſedulò curas
nos, tam ſunt multæ & mirabiles, ut ne-
mo hominum intelligere queat, quantum
tibi debeat pro illis: ſi enim alijs enarra-
re coner eas, & uerbis proloqui, inue-
niam plures eſſe, quàm ut numerare ſuf-
ficiam, nedum uerbis explicare. Sa-
crificium & oblationem non deſidera-
ſti, ſed aures purgatas dediſti mihi: holo
cauſtum & hoſtia, quæ pro peccato ſo-
let offerri, non amplius placent tibi.

Tum dixi, ecce ego ipſe aduenio, in
uolumine libri ſcriptum eſt de me. Fa
cere quod placeat tibi mi Deus uehemen

ter

*ter cupio, & doctrinam tuam in pene-
tralibus pectoris mei deſcriptam habeo.*
*Prædicaui iuſtitiam in frequentia po
puli maxima, certè labijs meis non pe-
perci: quod & tu* Domine *optimè noſti.*
*Iuſtificationem tuam non inuidebam
alijs, abſcondens eã intra anguſtias cor-
dis mei, conſtantiam tuam in promiſsis,
& quam promiſiſti te allaturum miſeris
ſalutem, palàm annunciaui, nec deſtiti
commemorare plurimis, quàm ſis beni-
gnus, & quàm tutò fidi per omnia poſ-
ſit tibi. Ne nega quæſo tu* Domine *om
nimodam illam miſericordiam tuam mi-
hi, ſed benignitas tua & conſtantia in
ſeruandis promiſsis, tutentur me perpe-
tuò. Circundederunt enim me mala
innumerabilia: apprehenderunt me ini-
quitates*

quitates plures quàm ut eas uiſu aſſe=
qui potuerim: ſuperauerunt numero cà=
pillos capitis mei, quare et animus meus
deſtituit me. Dignare quæſo liberare
me Domine:ad ferendum auxilium mihi
accurre. Suffundantur pudore, & ig
nominia afficiantur ad unum omnes, qui
perſequuntur animam meam ut perdant
eam:conuertantur in fugam ſpe fruſtra=
ti,notentur infamia, qui uoluptatem ca=
piunt ex malo meo. Pereant,mercede
accepta pro ignominia, qua me afficere
conati ſunt,& quotquot inſultãtes dicũt
in aduerſis meis,euge,euge. Gaudeãt
& lætentur freti fiducia tua, quotquot
ſtudent placere tibi:& dicãt iugiter, ma
gnificat Dominus, quotquot cupidi ſunt
aſſequendæ ſalutis tuæ. Quanquã au
tem

tem pauper ego ſum, & omni humano auxilio deſtitutus, Dominus tamen curã ſuſcepit mei: quare quum auxilium meũ & ſeruator meus ſis tu, oro te mi Deus, ne procraſtineris diutius.

Beatus qui intelligit. Pſal. 41

F*Elix ille, qui non aſpernatur afflictum: quin potius prudenter rem apud ſe perpendens ſic cogitat, cui nunc ab amico Deo immittuntur mala hæc, illũ eripiet Dominus è malis grauiorib. quæ alios manẽt. Dominus curam geret illius, & uitæ priſtinæ reſtituet, & diuitem in terra faciet, nec ſinet eũ premi tyrãnide hoſtiũ ſuorũ. Dominus auxiliabitur illi etiã in cubili ob dolorẽ decũbẽti: quin et lectũ illius totũ, angulis undiq; uẽtilatis, in ipſo morbo uerſabis*

Domine

Domine,ut mollius cubet. Ego in mor bo conuerti me ad te,et dixi, Domine miſereat te mei,ſana animam meam, languet enim propterea, quod peccauerim ego in te. Inimici malè precabantur mibi dicentes,quando tandem morietur, & abolebitur nomen illius? Si fortè fortuna uenit quiſpiam illorum, ut uiſeret me,loquebatur fucatè, addebat ſceleri ſcelus, longè aliud habens in animo quàm in ore: egreſſus enim à me foras, linguam aduerſum me ſuo more exacuebat.

Vnanimiter aduerſum me conſpirabant quotquot erant oſores mei: aduerſum inquam me, à quo læſi nunquam fuerant, ſtudioſè cogitabant quomodo nocere poſſent mihi. Morbus, inquiunt, grauiſsimus corripuit illum, & decumbere

bere tam grauiter cœpit, ut nunquam ua letudinem priſtinam recepturus ſit.

Quin & uir cum quo mihi arctiſsima fuit familiaritas, cui fidebam, qui et meo uictitabat cibo, ſublato pede uelut calce petebat me. Quare tu Domine horũ habita ratione, miſerere mei, & erige me, ut illis, quod meriti ſunt, retribuam.

Per hoc cognoui me amari abs te, quod inimicus meus cauſam nõ habeat gloriandi aduerſum me. Ego enim in ſimplicitate mea, porrigẽte mihi te manum tuam, perſtiti: quare & conſtituiſti me eo loco, ut ſemper è regione tibi proximè adfuturus ſim. Omni laude maior Dominus Deus Iſraelis ab æterno fuit, et uſq; in æternum erit. Amen. Amen.

Libri primi finis.

Quemadmodū deſid. Pſal. 42

QVomodo ceruus anhelare ſolet ad riuulos aquæ plenos, ita anhelat anima mea, ut perueniat ad te. Sitiuit anima mea Deū, Deum inquam, fortem & ualentem: quando mihi continget, ut intromiſſus ad te aſpiciar placido uultu tuo? Fuit mihi fletus pro cibo die & nocte, quum dicerēt, qui inſultabāt mihi, ubi nūc eſt Deus ille tuus? In memoriam reuocabam quæ olim patribus præſtitiſti, & effundebam intra me animam meam, memetipſum conſolans, & futurum ſperans, ut liberer aliquando a malis præſentibus, & huc tranſeam cum multis, & proficiſcar cū illis uſq; in domū Dei, tali cum gaudio, quali feſtus dies celebrari ſolet. Quor

ſum

ſum affligis te ó anima mea, & tumultuaris intra me? ſpera bene de Deo, ueniet enim tẽpus, ut ipſe pro ſua benignitate eripiat me ex malis meis, & ego occaſionem habeam laudandi, & pro acceptis ab eo beneficijs, gratias agendi.

Mi Deus, anima mea cruciat ſeſe intra me: nec habeo quo me cõſoler, niſi recordatione beneficiorũ patribus noſtris exhibitorum iuxta Iordanem, & à Mitzar uſq; ad montẽ Hermon. Abyſſus una aliam inuitat ſono, qualem edere ſolent cataractæ tuæ maximum: fluctus tui, & malorum undæ per nos tranſierunt.

Pulſis malorũ tenebris in die, Dominus decreuit miſericorditer agere nobiſcũ: quare ne hac quidem tribulationibus plena noctẽ à laudando illo ceſſabimus: car

men enim in laudem illius ſcriptum, & precatio ad Deum omnipotentē, & uitæ autorem, ſemper erunt in ore mihi.

Perſuadet ſibi de te ô Deus, anima mea, quòd inſtar rupis firmiſsimæ ſis mihi tu: quouſq; ergo obliuiſceris mei, et quouſq; ego triſtis incedere cogar propter afflictionem inimici? Tolerabilius foret mihi, ſi gladiū adigerent in uiſcera mea, quàm impias contumelias audire ab inimicis meis dicentib. aſsiduè cum riſu, ubi nūc eſt Deus ille tuus? Quorſum affligis te ô anima mea, & quorſum tumultuaris intra me? bene ſpera de Deo: fiet enim adhuc ut gratias agam illi pro ſalute coràm ante conſpectū meū allata ab ipſo, qui non dedignabitur ſe gerere pro Deo mihi.

Iudica

Iudica me. Pſal. 43

IVdex meus eſto Deus, & litiga pro me cõtra gentem nihil minus quàm ſanctã, à uiro doloſo & iniquo libera me. Tu enim Deus autor eſſe ſoles omnimodæ fortitudinis mihi: quare ergo deſeruiſti me nunc, & uiribus deſtituiſti me? quouſq; lugẽs aſsiduè obambulo oppreſſus tyrannide hoſtis? Immitte lucem tuam, & ueritatem tuam, ut ipſa deducant me, & peruenire faciant uſq; ad montem, quem tua ſanctitas inhabitat: imò uſque in ipſa penetralia cubiculi tui. Vt perueniam uſque ad altare Dei, imò uſque ad ipſum Deum autorem inenarrabilis mihi lætitiæ, quam & referam ingenue acceptã tibi citharæ modulatione Deus, animo meo chariſsime.

Deus. Quorſum maceras te ó anima mea, & quorſum tumultuaris intra me? expecta patiēter quoad uenerit Deus: futurū enim certò ſcio, ut adhuc laudem illum, quòd autor fuerit mihi omnimodæ, & ante conſpectum meum expoſitæ ſalutis, quodq; non fuerit dedignatus gerere ſe pro Deo mihi.

Dr in rb aduer/ Deus aurib. Pſal. 44

DEus auribus noſtris audiuimus: patres enim noſtri cōmemorauerunt nobis inſignia illa, et digna admiratiōe opera, quæ temporib. illorū operatus es, & temporib. quæ illos præceſſerant, quemadmodū ipſi illa à patribus ſuis acceperant, bona fide narrauerunt nobis. Tu omnipotentia tua gentes extirpaſti, & patres noſtros in loca

illarum inſeruiſti: plurima mala tu intu-
liſti populis illis, ut patres noſtros in ter-
ras illorũ introduceres. Palàm eſt e-
nim eos non ſuo gladio conquiſiuiſſe ter-
ras illas, nec brachio ſuo uictores euaſiſ-
ſe, ſed dextera tua & brachium tuũ, &
fauor relucẽs in uultu tuo hæc illis præſti-
terunt, nõ ob aliud, quàm quia libuit tibi
benefacere illis. Tu es ille quem meri-
tò amo, meus ille rex Deus, qui dignatus
es tam multis modis benefacere Iacob.
Quare freti tuo auxilio aduerſarios u-
luti cornu petebamus, freti potẽtia numi-
nis tui proſternebamus quotquot inſur-
gere audebãt in nos. Nõ enim in meo
arcu ſpem ponebam, nec enim meus gla-
dius ſeruare me potuiſſet. Sed tu uicto-
riã tribuiſti nobis de aduerſarijs noſtris,

& eos qui odio nos proſequebantur, dedecore affeciſti ſpe ſua fruſtratos. Quòd Deum propitiũ habuerimus, ſeriò exultare cõſueuimus: quare maieſtatem nominis tui Domine perpetuò celebrabimus. Ita fiet. Sed quî fieri poteſt, ut nunc deſerueris nos, & ignominia affeceris nos, nec egrediaris nobiſcũ, ſicut ſoles, in prælium? Coegiſti nos terga præbere hoſtibus, & præda facti ſumus illis, qui odio habebãt nos. Similes nos feciſti ouib. mactationi deſtinatis, diſperſiſti nos per exteras, & à cultu diuino alienas nationes. Vendidiſti populum tuum nulla pecunia, nec obolo uno factus es ditior ex uenditione illorum. Expoſuiſti nos probro uicinis noſtris, ſubſannationi et ludibrio fuimus ijs qui habitãt

circum

circum nos. Feciſti nos fabulam ethni-
cis, moto capite irridēt nos populi. Aſ-
ſiduè nobis uerſatur ob oculos contume-
lia, pudor faciē occupat totā. Propter
cōtumelioſam inſultantis nobis uocē, &
probris nos afficientis: & propter ini-
micū, qui ſe gloriatur facultatē nactū, ut
nos tanquā dignos malo affligat. Hæc
omnia ferre cogimur, nō quòd obliti fue
rimus tui, uel fœdus initū tecum ruperi
mus. Non enim aliò abs te deflexit cor
noſtrum, nec declinauit greſſus noſter à
uijs quas tu oſtēderas nobis. Contriuiſti
interim nos locis, quib. non homines, ſed
dracones habitare uidentur, contexiſti
nos caligine tribulationis uſq; ad mortē.
Si obliti fuiſſemus nominis Dei noſtri,
aut expandiſſemus manus noſtras implo

rantes opem ab alio quàm te uero Deo. Si quippiam tale factũ à nobis fuiſſet, meritò Deus pro eiuſmodi impietate nobis hæc mala immitteret: nunc qui nouit etiã ea quæ latẽt in penetralibus cordis, ſcit nihil in nobis eſſe tale, & tamen patimur hæc. Propter te enim occidimur aſsiduè, æſtimamur non pluris ab ijs qui nos occidunt, quàm oues à lanio, dum mactat eas. Euigila, quouſq; ſtertere uideberis? expergiſcere, ne perpetuò neglecturus uidearis nos. Quouſq; faciẽ tuã abſcondes, tanquã nullam habeas afflictionis noſtræ & oppreſsionis rationẽ? Proſtrati enim ſumus uſq; in terram, & uenter noſter terræ adhæret. Exurge tandem ut auxilieris nobis, & libera nos pro immenſa benignitate tua.

Eructauit cor. Pſal. 45

ERumpit ex corde meo ſermo optimus, quē unà cū reliquis operib. meis dedico regi, & lingua mea nō minus promptè excipit quæ illi ſuggerit animus, quàm ſcribit calamo is q ſcribendi eſt peritiſsimus. Supra modū formoſus es, nec quiſquam ex poſteris Adæ cōferri tecū ulla ratiōe poterit, copioſiſſima effuſa eſt gratioſitas in labia tua, ut ſit ſermo tuus gratia ſumma cōditus: quare & Deus te diuinis munerib. ornatiſsimū reddidit, quæ nunq̄ auferentur à te. Accinge gladiū tuū femori tuo ò potētiſsime, laudē enim et honorē magnificè aſſequeris. Et honorem uirtutibus tuis debitum aſſequutus, tenta quicquid uolueris, proſperrimè enim cedet tibi:

ueheris prædicatione fidei & manſuetæ iuſtitiæ, deſignabit ſtupenda dextera diuinitatis tuæ, quæ ſummo tibi cedēt honori. Vbi ſagittæ tuæ uehementer acutæ penetrauerint corda olim hoſtiū tuorū ó rex: tum natiões uariæ ſupplices fient tibi. Soliū tuum regiū, ó Chriſte, Deus hoc ſeculo ſtabile erit, & futuro uſq; in perpetuū: ſceptrum iuſtitiæ erit ſceptrū regni tui. Amantiſsimus es iuſtitiæ, & odio proſequeris quicquid eſt ab æquitate diuerſum: quare unxit te Chriſte Deus, Deus tuus oleo fragrantiore quàm ullum unquā ſociorū tuorū. Nihil quàm myrrham, aloen & caſiam ſpirant omnia ueſtimenta tua: ex repoſitorijs ueſtiū eburneis, deprompta in hoc, ut te exhilarent illis. Filiæ regum aderunt inter

reliquas puellas nobiles, ſtatuetur tibi ad dexteram coniunx ornata auro Ophir optimo. Audi filia, & rem perpende, aurẽ tuam præbe mihi, ut populi tui obliuiſcaris, et cognatiõis paternæ hortãti. Captus eſt enim amore inſignis ille rex formæ tuæ: eſt aũt, ut ſcias, hic rex Dominus tuus, dignus cui tu in genua prouoluta ſupplex fias. Et ſi nuptiæ proceſſerint, filia Tyri muneribus amicitiã inire tecũ ſtudebit, uenerabuntur te ditiſsimi quiq; in toto populo. Varius erit ornatus reginæ regis illius, ſed non omnium oculis expoſitus: animi enim magis erit, quàm corporis: ueſtis illius auro intertexta erit artificioſiſsime. Veſtib. elegantiſsime uariegatis perducetur ad regem illũ, uirgines comitabũtur illã: ad-

ducitur

ducitur iam nũc cũ ſuis uirginib. regina tibi ó rex. Perducẽtur cum gaudio & ſumma lætitia, penetrabunt uſq; in intimũ palatiũ regis. In locũ patrũ tuorũ ſuccedẽt filij tibi lõgè præſtantiores patribus illis quos præficere poteris uniuerſæ terræ. Faciã memorabile nomẽ tuũ apud poſteros oẽs, ut celebraturi ſint te uſq; ad cõſummationẽ ſeculi, et in perpetuum.

Deus noſter. Pſal. 46

DEus fiduciã nobis ſuppeditat & robur, ut eſt illius mos: ſæpiſſimè enim auxilio fuiſſe ijs qui in periculis cõſtituti fuerãt, deprehenſum eſt manifeſtiſſimè. Quare nõ timebimus etiãſi ſubuertatur tota terra, & præcipitentur mõtes in mediũ mare. Tumultuentur licet & ſtrepitũ edant aquæ ma

ris, contremiſcant montes metu maieſtatis illius. Ita fiat. Exterritis alijs fluuius amœniſsimus in uarios diductus riuulos exhilarabit ciuitatē noſtrā, quam Deus inhabitat ꝓtector noſter, & gratiſsimè humectabit loca ſancta, quæ incolit ſanctiſsimus ipſe. Ipſe deus in medio illius noſtræ ciuitatis adeſt aſsiduè, et curat ne uel tantillum cōcutiatur: auxilio ueniet quoties opus erit, etiā ante ipſam auroram ſummo mane. Trepidauerunt gentes, & cōmota ſunt regna: uocē ſuam diuinæ maieſtatis tam plenam edidit deus, ut uirib. ſuis deſtituta fuerit uniuerſa terra. Dominus, in cuius poteſtate ſunt omnes exercitus, adeſt nobis: inſtar firmiſsimæ baſis eſt nobis Deus Iacob. Ita res habet. Eia, contemplamini quæſo

opera

opera Domini,ut uideatis,quàm admira tione digna deſignauerit in terra. Ceſſare fecit bella per totũ orbẽ, & omnes angulos illius,arcũ confregit, ſagittas et lãceas perdidit, currus bellicos ignẽ exuſsit. Hæc ſi diligẽter perpẽderitis, agnoſcetis facile me eſſe Deũ,qui poteſtatem habeam in gentes, & in uniuerſam terrã. Dominus imperator omniũ exercituum partiũ eſt noſtrarũ, inſtar firmiſsimæ baſis, cui tutò inniti poſſumus, ipſe nobis eſt Deus Iacob. Ita res habet.

Omnes gentes. Pſal. 47

QVotquot uſquã eſtis populi plaudite manibus, ſigna lætitiæ in honorem Dei edite uoce quantũ poteſtis maximè hilari. Dominus enim factus eſt ſublimis, & ſuſpiciẽdus: cõſtitutus

tutus eſt rex omnia potēs ſuper uniuerſam terram. Sola prædicatione Euangelij ſubiecit populos nobis, à cultu diuino antea alienos: populos inquã ſubiectos fecit, & ſupplices ad pedes noſtros prouolutos. Elegit in hæreditatē nobis florē præcipuũ ipſius Iacob, quē amauit. Ita res habet. Aſcendit in altum Deus, exceptus eſt cũ iubilo, Dominus ipſe cũ clangore tubæ. Quare pſalmis celebrate Deum: iterũ dico celebrate regem hunc noſtrũ, atq; iterum abſq; ceſſatiõe celebrate. Cõſtitutus enim eſt rex omnium, qui terram incolunt, Deus: quare pſalmos in uenerationem illius canite, quotquot ſapitis. Deus ſuſcepit imperium in gentes, Deus ſedet pro tribunali ſanctitatis ſuæ ſpecimen editurus. Principes

cipes populorũ ultrò ſubdiderũt ſeſe deo Abrahã: habet enim poteſtatẽ Deus *in fortiſsimos quoſq; totius terræ, & infiniti tis modis ſuperior factus eſt omnib. illis.*

Magnus Dominus. Pſal. 48

M*Agni ſit* Dominus*, et laudatur meritò ab ijs qui ciuitatem* Dei *noſtri incolunt, quæ ſita eſt in monte quem ſanctitas illius inhabitat.*

Elegans regio, gaudiũ uniuerſæ terræ mons Sion, laterib. expoſitus aquilonis, ciuitas regis potentiſsimi. Deus *in palatijs ciuitatis illius ſic notus eſt, ut ignorari non poſsit: quin hoc ab ipſo habeãt quòd ſtabilia ſint.* *Reges ipſi, res mira, conſilio inito congregati, & unà ad ciuitatem illã profecti ſunt.* *Quã cum uidiſſent, animo conturbati ſunt, et metu perculſi*

perculſi. Terror inuaſit eos ipſo in loco,et dolor qualis mulierē ſolet parturientē. Fracti ſunt animo, quomodo tempeſtate ab oriētali plaga exorta cōfringi ſolēt naues Tharſis. Quemadmodū audiuimus,inquiebāt,ſic remſe habere coràm ipſi uidimus in ciuitate Domini in omnia imperiū habentis, in ciuitate inquam Dei omniū noſtrūm: Deus ipſe ciuitatē illā ſtabiliet in æternum. Ita fiet.

Cum fiducia expectauimus Deus benignitatē tuam,qui uerſamur in medio domus regiæ tuæ. Sicut fama nominis tui ad extremos fines terræ peruenit,ita & maieſtatis tuæ laus:iuſtitiæ plena eſt dextera tua: quæcūq; enim facis, iuſtiſsimè facis. Gaudebit mons Sion,& exultabunt filij Iudæ, propter iudicia tua:

Circuite Sion, & diligenter contemplamini eã, numerate turres illius. Adhibete animũ ad murũ eius, ut diligẽter cognoſcatis: conſiderate diligenter, ut q̃ ſint admiratione digna palatia eius deſcribere poſsitis, & relinquere poſteris.

Profectò hic Deus noſter erit Deus perpetuò et ultrà, ipſe deducet nos quocũq; profecti fuerimus uſq; ad finẽ uitæ.

Audite hæc. Pſal. 49

AVdite quod dicturus ſum populi omnes, aurib. percipite quotquot inhabitatis orbem. Et plebeij, & principes, unà diues cũ paupere. Os meum loquetur multa ſapienter, & cogitatio cordis mei erumpet in uerba prudẽtia. Adhibebo ad expẽdendam parabolã aurẽ meã. Cur ſolicitus

ero de huius uitæ bonis, tempore quo ui-
uitur cũ miſeria in terra, non ut finis o-
perum meorũ iniquitatis me cõdemnet?
Quorſum multi ſpem ponunt in diui-
tijs, & propter multitudinẽ diuitiarũ ſu
perbiunt? Nemo enim poteſt uel fratrẽ
ſuũ ſi uelit, liberare ullis opibus à morte,
nec offerre Deo quicquã, quod pro eius
redemptione uelis ſuſcipere. Profectò
rariſsimè ſeruantur qui diuitijs inhiant,
& qui perit ex eis, peribit perpetuò.
Viuet quidẽ in æternũ, ſed ſic, ut ne opta
tus quidẽ interitus illi cõtingat. Quia
uidebũt quidã mori ſapiẽtes, nihil inter-
eſſe putabunt inter mortem ſapientũ &
ſtultorum: quum ſtulti & bruti homines
nõ moriãtur ſolũ ſicut ſapiẽtes, ſed poſt
mortẽ perpetuò intereant, deſtituti om-

Circuite Sion, & diligenter contem-
plamini eã, numerate turres illius. Ad-
hibete animũ ad murũ eius, ut diligẽter
cognoſcatis: conſiderate diligenter, ut q̃
ſint admiratione digna palatia eius de-
ſcribere poſsitis, & relinquere poſteris.

Profectò hic Deus noſter erit Deus
perpetuò et ultrà, ipſe deducet nos quo-
cũq; profecti fuerimus uſq; ad finẽ uitæ.

Audite hæc. Pſal. 49

AVdite quod dicturus ſum popu
li omnes, aurib. percipite quot-
quot inhabitatis orbem. Et
plebeij, & principes, unà diues cũ pau-
pere. Os meum loquetur multa ſapien-
ter, & cogitatio cordis mei erumpet in
uerbã prudẽtia. Adhibebo ad expẽden
dam parabolã aurẽ meã. Cur ſolicitus

ero de huius uitæ bonis, tempore quo ui-
uitur cũ miſeria in terra, non ut finis o-
perum meorũ iniquitatis me cõdemnet?
Quorſum multi ſpem ponunt in diui-
tijs, & propter multitudinẽ diuitiarũ ſu
perbiunt? Nemo enim poteſt uel fratrẽ
ſuũ ſi uelit, liberare ullis opibus à morte,
nec offerre Deo quicquã, quod pro eius
redemptione uelis ſuſcipere. Profectò
rariſsimè ſeruantur qui diuitijs inhiant,
& qui perit ex eis, peribit perpetuò.
Viuet quidẽ in æternũ, ſed ſic, ut ne opta
tus quidẽ interitus illi cõtingat. Quia
uidebũt quidã mori ſapiẽtes, nihil inter-
eſſe putabunt inter mortem ſapientũ &
ſtultorum: quum ſtulti & bruti homines
nõ moriãtur ſolũ ſicut ſapiẽtes, ſed poſt
mortẽ perpetuò intereant, deſtituti om-
 nibus

nibus illis, quæ hic magno ſtudio et animæ detrimẽto congeſſerant: relinquere enim ea alijs coguntur. Sepulchra eorum domus ipſis erũt perpetuò, et cubilia ipſis in generationẽ & generationẽ: quũ uiuerẽt famæ magis, quæ ad poſteros perueniret, ſtudioſi, q̃ ſalutis æternæ, nomina ſua indiderũt terris. Verũ fieri nõ poteſt, ut huiuſmodi homo diu in precio ſit: ſtoliditas enim illius deprehendetur, et nõ fiet pluris q̃ beſtiæ, quib. ſe ſimilẽ fecit. Hic eſt ſucceſſus ſtultitia illorũ dignus, ſed et poſteri illorũ, quod ab illis didicerũt, ſequẽtur. Ita fiet. Sicut oues abducẽtur ad inferos, ubi pabulum erunt morti perpetuæ, et triũphabunt de eis iuſti tẽpore matutino cum ſumma gloria: robur enim impiorũ peribit, ubi ad

Inferos à magnificis ædibus, quas hic extruxerãt, trãslati fuerint. Interim deus liberabit animã meã ab eo cruciatu, q impios manet: ipſe enim me recipiet ad ſe. Ita fiet. Ne admireris, & metuas ſi diues quis factus fuerit: & ſi ingens facta fuerit gloria domus eius. Quando enim morietur, nihil eorum auferet hinc ſecum, nec gloria illa comitabitur eum. Quia in hac uita beatus ſibi uiſus eſt, et alios ad idẽ uitæ genus hortatus eſt: ut uidelicet genio indulgeas et exẽplo eius bene cures te. Ipſe perueniet cum pernicie animæ ſuæ uſq; ad patres ſuos, quorum impietatem imitatus eſt: quos inuenturus eſt in denſiſsimis tenebris nulla unquam luce illuſtrandis. Miſerabilis homuncio quum in honore propter

diuitias eſſet nihil intellexit, ſed pecudũ uitam imitatus, ſeſe ſimilem fecit illis.

Deus deorum. Pſal. 50

D*Eus iudicũ Dominus locutus eſt, & cõuocauit omnes qui terram inhabitant ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Ex Sion ueluti omnis elegantiæ quadã ſumma, illuſtris apparuit. Veniet Deus noſter, nec perpetuò ſilebit: ignis enim uaſtans præcedet ipſum, & circa ipſum uento ignis ille excitabitur ut ardeat uehementius. Aduocabit cœlos deſuper & terrã, iudicaturus populum ſuum. Congregate ad me ſanctulos meos, inquit Dominus, de quibus tam ſum meritus bene, & qui mecũ inierunt pactũ de ſacrificandi ratione. Quod ubi factũ fuerit, cœli palàm iuſtũ*

eſſe

eſſe Dominũ prædicabunt: eſt enim iudex ipſe iuſtiſsimus. Ita res habet. Audi itaq; popule mi, & loquar ô Iſrael, teipſum enim teſtem adhibebo. negare enim non poteris, quin Deus, præcipuè aũt in te benignus Deus, ego ſim. Nõ te reprehẽdam, quòd ſacrificiorum mihi nõ obtuleris ſatis: holocauſtomata enim tua aſsiduè corã me præſtò ſunt. Putas ne opus mihi fore, ut impetrem à domo tua iuuencũ aliquẽ, aut ex caulis tuis hircos? Falleris ſi hoc putas: meæ enim innumeræ ſunt illæ feræ, quæ in ſyluis degunt, pecudes præterea quæ errãt in mille montibus. Exactè noui genus omne auium, quamuis in editiſsimis montibus nidos ſuos collocẽt, & quicquid animantium uſquã in ullis campis uiuit, in mea

opera Domini, ut uideatis, quàm admira
tione digna deſignauerit in terra. Ceſ-
ſare fecit bella per totũ orbẽ, & omnes
angulos illius, arcũ confregit, ſagittas et
lãceas perdidit, currus bellicos igne ex-
uſsit. Hæc ſi diligẽter perpẽderitis, a-
gnoſcetis facile me eſſe Deũ, qui poteſta-
tem habeam in gentes, & in uniuerſam
terrã. Dominus imperator omniũ ex-
ercituum partiũ eſt noſtrarũ, inſtar fir-
miſsimæ baſis, cui tutò inniti poſſumus,
ipſe nobis eſt Deus Iacob. Ita res habet.

Omnes gentes. Pſal. 47

QVotquot uſquã eſtis populi plau
dite manibus, ſigna lætitiæ in ho
norem Dei edite uoce quantũ po
teſtis maximè hilari. Dominus enim
factus eſt ſublimis, & ſuſpiciẽdus: cõſti-
tutus

tutus eſt rex omnia potẽs ſuper uniuerſam terram. Sola prædicatione Euangelij ſubiecit populos nobis, à cultu diuino antea alienos: populos inquã ſubiectos fecit, & ſupplices ad pedes noſtros prouolutos. Elegit in hæreditatẽ nobis florẽ præcipuũ ipſius Iacob, quẽ amauit. Ita res habet. Aſcendit in altum Deus, exceptus eſt cũ iubilo, Dominus ipſe cũ clangore tubæ. Quare pſalmis celebrate Deum: iterũ dico celebrate regem hunc noſtrũ, atq; iterum abſq; ceſſatiõe celebrate. Cõſtitutus enim eſt rex omnium, qui terram incolunt, Deus: quare pſalmos in uenerationem illius canite, quotquot ſapitis. Deus ſuſcepit imperium in gentes, Deus ſedet pro tribunali ſanctitatis ſuæ ſpecimen editurus. Principes

cipes populorũ ultrò ſubdiderũt ſeſe deo Abrahã: habet enim poteſtatẽ Deus in fortiſsimos quoſq; totius terræ, & infini tis modis ſuperior factus eſt omnib. illis.

Magnus Dominus. Pſal. 48

MAgni ſit Dominus, et laudatur meritò ab ijs qui ciuitatem Dei noſtri incolunt, quæ ſita eſt in monte quem ſanctitas illius inhabitat.

Elegans regio, gaudiũ uniuerſæ terræ mons Sion, laterib. expoſitus aquilonis, ciuitas regis potentiſsimi. Deus in palatijs ciuitatis illius ſic notus eſt, ut ignorari non poſsit: quin hoc ab ipſo habeãt quòd ſtabilia ſint. Reges ipſi, res mira, conſilio inito congregati, & unà ad ciuitatem illã profecti ſunt. Quã cum uidiſſent, animo conturbati ſunt, et metu

perculſi

perculſi. Terror inuaſit eos ipſo in lo-
co, et dolor qualis mulierē ſolet parturi-
entē. Fracti ſunt animo, quomodo tem-
peſtate ab orietali plaga exorta cōfringi
ſolēt naues Tharſis. Quemadmodū au-
diuimus, inquiebāt, ſic rem ſe habere co-
ràm ipſi uidimus in ciuitate Domini in
omnia imperiū habentis, in ciuitate in-
quam Dei omniū noſtrūm: Deus ipſe ci-
uitatē illā ſtabiliet in æternum. Ita fiet.
Cum fiducia expectauimus Deus beni-
gnitatē tuam, qui uerſamur in medio do-
mus regiæ tuæ. Sicut fama nominis tui
ad extremos fines terræ peruenit, ita &
maieſtatis tuæ laus: iuſtitiæ plena eſt dex
tera tua: quæcūq; enim facis, iuſtiſsime
facis. Gaudebit mons Sion, & exulta-
bunt filij Iudæ, propter iudicia tua.

Circuite Sion, & diligenter contemplamini eã, numerate turres illius. Adhibete animũ ad murũ eius, ut diligẽter cognoſcatis: conſiderate diligenter, ut q̃ ſint admiratione digna palatia eius deſcribere poſsitis, & relinquere poſteris.

Profectò hic Deus noſter erit Deus perpetuò et ultrà, ipſe deducet nos quocũq; profecti fuerimus uſq; ad finẽ uitæ.

Audite hæc. Pſal. 49

Audite quod dicturus ſum popu li omnes, aurib. percipite quotquot inhabitatis orbem. Et plebeij, & principes, unà diues cũ paupere. Os meum loquetur multa ſapienter, & cogitatio cordis mei erumpet in uerba prudẽtia. Adhibebo ad expẽdendam parabolã aurẽ meã. Cur ſolicitus

cro de huius uitæ bonis,tempore quo ui-
uitur cũ miſeria in terra,non ut finis o-
perum meorũ iniquitatis me cõdemnet?
Quorſum multi ſpem ponunt in diui-
tijs, & propter multitudinẽ diuitiarũ ſu
perbiunt? Nemo enim poteſt uel fratrẽ
ſuũ ſi uelit,liberare ullis opibus à morte,
nec offerre Deo quicquã, quod pro eius
redemptione uelis ſuſcipere. Profectò
rariſsimè ſeruantur qui diuitijs inhiant,
& qui perit ex eis,peribit perpetuò.
Viuet quidẽ in æternũ,ſed ſic,ut ne opta
tus quidẽ interitus illi cõtingat. Quia
uidebũt quidã mori ſapiẽtes,nihil inter-
eſſe putabunt inter mortem ſapientũ &
ſtultorum: quum ſtulti & bruti homines
nõ moriãtur ſolũ ſicut ſapiẽtes, ſed poſt
mortẽ perpetuò intereant,deſtituti om-

nibus illis, quæ hic magno ſtudio et animæ detrimēto congeſſerant: relinquere enim ea alijs coguntur. Sepulchra eorum domus ipſis erūt perpetuò, et cubilia ipſis in generationē & generationē: quū uiuerēt famæ magis, quæ ad poſteros perueniret, ſtudioſi, q̃ ſalutis æternæ, nomina ſua indiderūt terris. Verū fieri nō poteſt, ut huiuſmodi homo diu in precio ſit: ſtoliditas enim illius deprehendetur, et nō fiet pluris q̃ beſtiæ, quib. ſe ſimilē fecit. Hic eſt ſucceſſus ſtultitia illorū dignus, ſed et poſteri illorū, quod ab illis didicerūt, ſequētur. Ita fiet. Sicut oues abducētur ad inferos, ubi pabulum erunt morti perpetuæ, et triūphabunt de eis iuſti tēpore matutino cum ſumma gloria: robur enim impiorū peribit, ubi ad

Inferos à magnificis ædibus, quas hic extruxerãt, trãslati fuerint. Interim deus liberabit animã meã ab eo cruciatu, q impios manet: ipſe enim me recipiet ad ſe. Ita fiet. Ne admireris, & metuas ſi diues quis factus fuerit: & ſi ingens facta fuerit gloria domus eius. Quando enim morietur, nihil eorum auferet hinc ſecum, nec gloria illa comitabitur eum.

Quia in hac uita beatus ſibi uiſus eſt, et alios ad idẽ uitæ genus hortatus eſt: ut uidelicet genio indulgeas et exẽplo eius bene cures te. Ipſe perueniet cum pernicie animæ ſuæ uſq; ad patres ſuos, quorum impietatem imitatus eſt: quos inuenturus eſt in denſiſsimis tenebris nulla unquam luce illuſtrandis. Miſerabilis homuncio quum in honore propter

diuitias eſſet nihil intellexit, ſed pecudũ uitam imitatus, ſeſe ſimilem fecit illis.

Deus deorum. Pſal. 50

D*Eus iudicũ* Dominus *locutus eſt, & cõuocauit omnes qui terram inhabitant ab ortu ſolis uſq; ad occaſum.* Ex Sion *ueluti omnis elegantiæ quãdã ſumma, illuſtris apparuit.* Veniet Deus *noſter, nec perpetuò ſilebit: ignis enim uaſtans præcedet ipſum, & circa ipſum uento ignis ille excitabitur ut ardeat uehementius.* Aduocabit *cœlos deſuper & terrã, iudicaturus populum ſuum.* Congregate *ad me ſanctulos meos, inquit* Dominus, *de quibus tam ſum meritus bene, & qui mecũ inierunt pactũ de ſacrificandi ratione.* Quod *ubi factũ fuerit, cœli palàm iuſtũ*

eſſe

eſſe Dominũ prædicabunt: eſt enim iudex ipſe iuſtiſsimus. Ita res habet. Audi itaq; popule mi, & loquar ô Iſraël, teipſum enim teſtem adhibebo. negare enim non poteris, quin Deus, præcipuè autem in te benignus Deus, ego ſim. Nõ te reprehẽdam, quòd ſacrificiorum mihi nõ obtuleris ſatis: holocauſtomata enim tua aſsiduè corã me præſto ſunt. Putas ne opus mihi fore, ut impetrem à domo tua iuuencũ aliquẽ, aut ex caulis tuis hircos? Falleris ſi hoc putas: meæ enim innumeræ ſunt illæ feræ, quæ in ſyluis degunt, pecudes præterea quæ errãt in mille montibus. Exactè noui genus omne auium, quamuis in editiſsimis montibus nidos ſuos collocẽt, & quicquid animantium uſquã in ullis campis uiuit, in mea

eſt poteſtate. His omnib. ego in primis opus nõ habeo: & ſi opus haberẽ, et eſurirem, te nõ orarẽ ut mihi ſuppeditares hæc: orbis enim totus eſt meus, & quicquid toto orbe, quantũuis uariũ ſit, cõtinetur, meũ eſt. An quiſquã ueſtrũ eſt tam ſtultus, ut putet me taurorũ carnib. uictitare, aut ſanguinẽ hircorũ potitare.
Offer Deo quiſquis illi placere ſtudes animi gratitudinem: & facile altiſsimo grata erũt qualiacũq; fuerint ſacrificia tua reliqua, quæ oblaturũ uouiſti. Et ſi tũ imploraueris auxiliũ meũ tempore afflictionis, ſic eripiã te è malis, ut gratias mihi magnificè habiturus ſis. Ad impiũ aũt dixit Deus, qua fronte tu uerbis enumeras cõſtitutiões meas: et pactũ meũ quod pepigi cũ ſanctis uel nominare au-

re audebis tu? Quũ odio habeas omnẽ rectã admonitionem, & abieceris uerba mea poſt tergũ tuum, & ex animo dele ueris, licet extremis labris ea crepes. Si enim furẽ uſquã uidiſti, illi te adiũxiſti: & fieri furti particeps cupiebas, & ſocius factus es illorũ q alienas ſtuprare ſolẽt uxores. Os tuũ aſſueſeciſti ad maledicentiã: & lingua tua cõcinnabat dolũ. Conabaris fratrẽ tuũ maledicentia perdere, et filiũ matris tuæ facere infamẽ nitebaris. Hæc feciſti, et quia ego ad tẽpus diſsimulaui, putabas me ſimilẽ tibi hominẽ ſtolidũ: ſed caſtigabo te, et diſponã ante oculos tuos ordine flagitia tua. Intelligite hoc tãdẽ qd dico, apd' quos in obliuionẽ uenit deus, ne forte rapiã, et nõ ſit q eripiat. Quicũq; mihi animi offert

gratitudinẽ, is me uerè honorat, et rectà it ad me, cui ego oſtendã felicitatẽ planè diuinã, qua illũ faciã perpetuò beatum.

Miſerere mei. Pſal. 51

M Iſereat te mei ó Deus*, pro genuina benignitate tua, pro immenſa clemẽtia tua dele flagitia mea.* Iterum atq; iterũ lauando elue *iniquitatẽ meã, & à peccato meo purũ redde me. Scelera enim mea agnoui reuerſus ad me, & peccatũ meum aſsiduè ob oculos uerſatur mihi.* In te, in ſolũ *te peccaui, et abominabile ſcelus hoc admiſi, nõ reueritus conſpectũ tuũ: quare ſi hanc iniquitatẽ mihi cõdonaueris, & promiſſa ſeruaueris, perfido mihi meritò æquiſsimus iudicaberis, & in ſeruandis promiſsis cõſtantiſsimus, & in dam*

nandis illis qui reſipiſcere nolunt, iuſtiſſimus. Profectò nõ ignoras, quantum ad me attinet, iniquitatẽ mihi eſſe ueluti genuinã, & matrẽ meã peccato obnoxiã fuiſſe in ipſo calore conceptionis meæ. Quanquam ergo uitiatæ carnis impulſu fœdiſsimè lapſus ſum, tu fidẽ tamen & candorẽ, qui in penetralib. pectoris ſitus eſt, maximè amare ſoles, à quo non omnino ſum alienus: non enim tam malitia hoc ſcelus admiſi, q̃ cõcupiſcẽtia uictus: quare iterũ occultis inſpirationib. docere me ſolidã ſapientiã, ſicut ſoles, nõ dedignaberis. Si ergo expiaueris ſcelus hoc meũ hyſſopo ueluti cõſummata expiatione, purus ero: & ſi elueris maculã hanc meã, ipſa iterũ niue albior fiam. Vbi exhilaraueris me gaudio & ſolita

lætitia

lætitia, tum exultabũt oſſa mea, quæ uulnerauer as tu. Auerte quæſo faciẽ tuã à peccatis meis; & uniuerſas iniquitates meas dele. Fac purũ ſit cor meũ intra me ó Deus, & ſpiritũ illũ ſtabilẽ renoua in corde meo. Ne deſtituas me ſolito fauore tuo, nec ſpũm illũ inſigniter ſanctũ auferas à me. Quin potius reſtitue mihi gaudiũ quod de ſalute mihi ꝑ te præſtãda cõcepi, & principe illo ſpũ muni me. Hoc ubi præſtiteris mihi, ego docebo peccatores qb. uijs perueniatur ad te, et peccatis grauati meo exẽplo reuertẽtur ad te. Libera me ab homicidio, ꝙ commiſi Deus, ó deus autor ſalutis meæ, ut cũ gaudio cantet lingua mea inſignẽ illã iuſtitiã tuam. Aperi Domine labia mea, ut os meũ prædicet laudes tuas. Externis ſa

crificijs

crificijs, etiãſi plurima offerre coner, nõ placaberis, neq; hoſtiá quæ altari imponitur, delectaberis. Sed ſacrificia q̃b. placatur Deus, ea ſunt animus pœnitẽtia fractus, & cor dolore concuſſũ & uulneratũ: hæc à quocũq; offerẽtur tibi ó Deus, deſpicere nunq̃ poteris. Vterc, quæſo, ſolita benignitate tua erga Siõ, ut extruas muros Ieruſalẽ. Tũ grata tibi erũt ſacrificia, quæ ſigna ſunt iuſtitiæ internæ, oblatio uidelicet quæuis, & holocauſtum, tũc ſacrificaturi imponent ſuper altare tuum uitulos.

Quid glor. Pſal. 52

Quid gloriaris, & multa poſſe te putas per malitiã? an ignoras ſua clemẽtia omnipotentẽ Deum adeſſe bonis omni tẽpore? Sermonem peſtilen-

peſtilentē ſuppeditat ſceleratus animus linguæ tuæ, quæ ſimilima eſt nouaculæ acutæ: cū ad reſecandā barbā adhibita, aberrat, et iugulū petit. Amaſti malitiā magis q̄ probitatē, et mendaciū magis q̄ loqui id quod uerū eſt. Ita res habet. Amaſti omnis generis impoſturas, ut illis ſubuertas innoxios, et linguam habes nil niſi fraudes edoctā. Quare omnipotēs deus ſubuertet te, perdet te, extrahet e tabernaculo, et radicitus euellet te de terra uiuentiū. Ita fiet. Videbūt iuſti, et uenerabūtur Deū: te aūt cum ſtultis conatib. tuis ridebunt. Dicent enim, ecce hic ille eſt uir, qui nō beneficio Dei fortis eſſe cupiuit, ſed fiduciā habuit in diuitijs, & ſceleri b. potentiā affectauit. Ego interim ſimilis ero oleæ uirēti, idq; in domo Dei;
ſpem

ſpem enim meam poſui in miſericordia Dei, quam nullo unquam tempore depo nam. Laudibus efferam te, quia feciſti hoc, & patiẽter expectabo clementiam, quæ reſpondet ipſi nomini tuo, apud ſan ctos tuos gratioſiſsimo.

Dixit inſipiens. Pſal. 53

P*Erſuaſum habet animo ſuo ſtolidus nullũ eſſe Deum, corruperunt & abominabiles fecerunt ſeſe, nec quiſquã eſt ex omnibus qui faciat bene. Deus è cœlo proſpexit, & cõtemplatus eſt poſteros Adæ, ut uideat num ſit prudens quiſpiam, qui ſtudeat placere Deo. Singuli defecerunt, unà omnes abominabiles facti ſunt, nec eſt qui faciat bene, ne unus quidem. Ignorare ne potuerũt ſcelerati illi, qui deuorant ple-*

beculam meam, non aliter quàm deuora ri ſolet fruſtum panis, non hoc licere illis? nihil ne unquam de Deo legerunt?

Quare pauebunt etiã ubi pauore non erit opus, Deus enim diſperdet oſſa illorum, qui exercitum educere conabuntur, ò Chriſte, aduerſum te: pudore afficies eos & infamia, Deus enim ſpreuit eos.

Vtinã Dominus proferat è Sion omnimodam illam ſalutem Iſraeli promiſſam: quod fiet, quando Dominus populũ ſuum liberabit è captiuitate, tunc exultabit ſeriò Iacob, & lætabitur Iſrael.

Deus in nomine. Pſal. 54

DEus pro maieſtate nominis tui ſerua me, & quum poteſtatem abunde habeas, ulciſcere iniuriã illatam mihi. Deus audi precationem

meam

meam, aures præbe uerbis oris mei.

Quia etiã alienigenæ inſurrexerunt aduerſum me, & homines ſæui magno ſtudio conati ſunt perdere me: non habita ulla ratione tui ò Deus: Ita *res habet.*

Verùm *quia* Deus *auxilio eſt mihi, &* Dominus *è numero eſt corũ, qui tutantur animam meam.* Ipſe *retorquebit malum, quod mihi parant, in eos ipſos, qui iniuria afficiunt me: ergo pro bona quæſo, fide tua in ſeruandis promiſsis ſubuerte illos.* Liberaliter *ſacrificia offeram tibi, laudibus efferam nomen tuum* Domine, *bonum eſt enim & gratioſum.* Eripuit *enim me ex omni anguſtia, & eius beneficio uidit oculus meus, qualia quiſq; uellet in capitalibus inimicis ſuis.*

Exaudi deus. Pſal. 55

AVres præbe ò Deus precationi meæ, & ne auerſeris quæſo preces meas. Accõmoda te mihi, & exaudi me, turbatus ſum enim: et præ dolore moueo me nunc huc, nũc illuc, & inter orandum conturbor. Propter minas inimici, & ſæuitiam impij, qui impingere mihi conabantur iniquitatem, & irati inſurgere aduerſum me. Cor meum trepidauit intra me, & terriculamenta mortis corripuerunt me. Timor & tremor inuaſerunt me, & circumdedit me undiq; pauor. Quare dixi apud me, utinam dentur mihi alæ ſicut datæ ſunt columbæ, ut auolare mihi liceat, & alium in locum cõmigrare tutiorem. Certè procul hinc aufugerem,

&

& in locis penitus deſertis habitarē po
tius, quàm inter hos impios. Ita res ha-
bet. Feſtinarem fuga ſaluti meæ conſu
lere, & ſubducere me à periculo uenti ue
hementis, & tempeſtatis. Perde Do-
mine & finde linguas eorum, ſcelere e-
nim & ſeditione plenam offendi ciuita-
tem illam. Die ac nocte cingent hæc
ciuitatem illam, non aliter quàm mœnia
ipſa ciuitatem ſolent: iniquitas & op-
preſsio regnant in illa. Nullum ſcele-
ris genus non regnat in medio ciuitatis
illius, nec ulla platea ab impoſtura & do
lo immunis eſt. Non enim ex profeſ-
ſo inimicus probro affecit me, tolerabile
enim eſſet illud: neq; palàm hoſtis erexit
ſeſe aduerſum me, cuius uitare potuiſſem
conſortium. Sed tu homo quem præ-

ſeci rebus meis, qui & ueluti dux fuiſti mihi, & arctiſsima familiaritate cõiun-ctus. Mutuò enim & ſuauiter ſecre-ta noſtra communicauimus, & in domo Dei uerſati ſumus cõcorditer. Inferet Deus mortẽ de improuiſo illis, deſcẽdent ad inferos uiui: regnant enim nequitiæ in tabernaculis illorũ, imò in ipſis pene-tralibus cordiũ illorũ. Ego uerò cõtra horũ inſidias dei auxiliũ implorabo, nec Dominus dedignabitur ſuccurrere mihi.

Veſperẽ, manè, & ipſo meridie pre-cabor, & ſollicitus ero, quoad uocẽ meã audierit. Reſtituet pacem animæ meæ, & liberabit eam à præliãtibus cõtra me, quamuis plurimi ſunt, qui undiq; oppug nant me. Audiet Deus, & ſupplicium de illis ſumet, is qui minis illorũ nihil cõ

mouetur

mouetur,ſed ſedet tranquillus & immu-tatus perpetuò. Ita res habet. Illi interim digniſsimi ſunt, qui pereant: nunquã enim ſceleratũ uitæ genus mutabunt, nec Deum reuerebuntur unquam. Iniecit manũ uiolentã in eũ, cũ quo pacẽ ſimulauerat, amicitiæ uinculo turpiter rupto.

Blandius fecit quiſq; corũ os ſuum lacte, quũ tamen prœliũ inſtituerent in animo: gratioſiores uiſi ſunt ſermones eorum quouis unguento, cùm re ipſa eſſent gladij. Reijce in Dominum ſarcinam tuã, nec dubita, quin ipſe perfecturus tibi ſit omnia, qui nunq̃ ſinet obrui iuſtum.

Tu interim Domine præcipitabis illos in puteũ interitus: uiri enim ſanguinarij & frauduleti nõ peruenięt ad dimidiũ uitæ: quare ego ſpem meam omnem collocabo in te.

Miſerere mei. Pſal. 56

MIſerere mei Deus, conculcare e=nim conatus eſt me homo, qui aſſiduè oppugnans uehemen/ter affligit me. Conculcare conantur me hoſtes mei omni tempore, qui & plurimi ſunt, & animo hoſtili perſequuntur me ò altiſſime. Quocunq; tempore timor inuaſerit me, ego ad te confugiam. nihil dubitans quin liberaturus me ſis à malis. Fretus benignitate Dei, boni cõſulã quicquid ab illo immittitur mihi, in Deo poſui fiduciam meam: quare non timebo quicquid moliatur aduerſum me caro. Ipſi aſſiduè quicquid uel dicerẽ uel facerem, calumniabantur, ſtudebant modis omnibus nocere mihi. Conſpi=rabant & inſidiabantur ipſi, & ueſti/

gia

gia mea obſeruabant, ſtudioſe hoc agentes, ut capiant animam meam. Erit ne *hæc iniquitas impunita illis? nequaquam: ſed ueluti iratus, quamuis tam ſunt multi, ut populos æquare numero poſſent: præcipitabit eos* Deus. Q*uàm ſæpe fugere cõpulſus fuerim, tu diligenter numeraſti, collige quæſo lacrymas meas, & infunde in uitrũ tuũ, ut uideas quàm ſunt multæ, imò in libro rationũ tuarũ ſcribe eas.* Tandem *in fugam conuertentur inimici mei: quocunq; tempore implorauero auxilium, futurũ ſcio, ut* Deus *adſit mihi.* Q*uare fretus benignitate* Dei, *boni conſulam quicquid accidat mihi: fretus inquam benignitate* Domini, *æquo animo feram quicquid eueniat mihi.* Deo *totũ me concredidi, quare non metuam*

quicquid moliatur aduerſum me homo.

Conſtitui apud me ò Deus ſacrificia, quæ uouerã, offerre tibi, quæ ſic perſoluam, ut accepta referã mea omnia tibi.

Eripuiſti enim me è faucib. mortis certo certius, pedes meos tu cõtinuiſti ne laberentur, & uires ſuppeditaſti, ut poſsim ambulare corã te mi Deus, illuſtratus lumine quo ſolent qui uiuunt perpetuò.

Miſerere mei. Pſal. 57

MIſerere mei deus, miſerere mei, de te enim pendet anima mea: protegar, quæſo, ſub umbra alarum tuarũ, quoad præterierit ſcelerum colluuies. Implorabo auxiliũ Dei altiſsimi, Dei illius qui perficiet quæ cœpit in me. Demiſit è ſummo cœlo, qui eripiat me: & infamem faciat cum qui con

culcare conatur me. Ita fiet. Demittet inquã Deus pro benignitate & fide ſua aliquẽ ex alto, qui liberet me. Verſari cogor inter leones potius quàm homines, & dormire inter furioſos, & homines quorũ dentes ſimiles ſunt lanceis & ſagittis, & lingua gladio acuto. Conſpicuus appare è cœlo Deus, & per uniuerſam terrã appareat quanta ſit maieſtas tua. Rete expãderũt pedib. meis, tantũ nõ irretitus fui illo, foderũt foueã in uia, per quam iturus eram, ſed ipſi corruerunt in eandem illam, quam foderant in perniciẽ meã. Ita factum eſt. Optimè animatus ſum Deus, optimè inquam animatus ſum, quare & uoce cantabo, & muſicis inſtrumentis pſalmos modulabor. Expergiſcere ò anima mea,

exper-

expergiſcere, & profer te nablum & cithara, ut modulatione ſuaui uel ipſam excitē auroram. Palàm *gratias agam tibi in frequentia populi* Domine, *cantabo laudes tuas, etiam apud hominū uariarum nationum multitudinē maximā.*

Tam *eſt enim grandis miſericordia tua, ut ad cœlos uſq; pertingat, et maior ſit, quàm diſtantia hinc ad nubes, tua in ſeruandis promiſsis cōſtantia. Cōſpicuus appare è cœlo* Deus, *& per uniuerſam terram fac appareat, quanta ſit maieſtas tua.*

Si uerè. Pſal. LVIII.

I*Ta ne res habet, ut uos quibus prouincia iudicādi rectè mādata eſt, iuſtitiā loquamini, & quæ iuſta ſunt iudicetis uos poſteri Adæ?* Nihil *profectò*

ctò facitis minus, quũ ſcelera animo ſtru
atis poteſtatẽ nacti in terra, quãuis ini-
quitatẽ manus ueſtræ pro æquitate uen-
ditẽt, tanquã iuſta ſtatera uos omnia ex-
pendatis. Aberrauerũt ab eo quod re-
ctũ eſt, impij à tẽpore quo primùm editi
fuerũt in lucẽ, errare cœperũt, ab utero
matris loquentes fucata. Venenũ eo-
rũ ſimile eſt ueneno ſerpẽtis, et callidiſ-
ſimæ aſpidis ultro obſurdeſcẽtis & obtu
rantis aurẽ ſuam. Vt non cogatur au
dire uocẽ eorũ, qui murmure ſuaui falle-
re illã conantur, etiã ſi incantandi arti-
bus ſint inſtructiſsimi. Deus cõminue
dentes eorũ intra os eorũ: dentes mola-
res eorum, quibus leonũ catulis ſimiles
ſunt, cõfringe Domine. Diffluant ſi-
cut aquæ natura labiles: ſagittæ quas ia-
culantur

culantur inter uolandum cõfringantur.
Similes fiant limaci, quæ inter repen
dum colliqueſcit, & abortiuo, uel talpæ,
quæ non uidet ſolem. Priuſquam cre-
ſcant ſpinæ ueſtræ ò impij in ramũ: in flo
re ætatis ueluti iratus Dominus ſubuer-
tet eũ, qui dux eſt ueſter unà uobiſcum.
Gaudebit iuſtus, ubi uiderit uindictã,
pedes ſuos madefaciet ſanguine impij.
Et dicet quiſquis uiderit, utiq; fructũ
afferet iuſto iuſtitia ſua, utiq; eſt Deus iu
dex eorum, quæ fiunt in terra.

Eripe me. Pſal. 59

Libera me ab inimicis meis mi De-
us, & contra illos, qui inſurgunt
aduerſum me, defende quæſo me.
Libera me ab hominibus ſceleratis,
& contra ſanguinarios tutare me.

Ea enim eſt illorũ hominũ improbitas, ut mihi inſonti inſidias ſtruxerint, & conſpirauerint aduerſum me feroces, quos ego nunquã ulla affeci iniuria, nec peccati quicquã in eos admiſi. Quamuis nulla re læſi ſint à me, tamẽ currunt, ut noceant mihi, & ſummo ſtudio conantur perdere me, exurge Domine in occurſum mihi, & uide horum inſaniam.

Tu ergo Domine quũ Deus ſis, et imperium habeas in omnes exercitus, & Deus ſis populi Iſraelitici, exurge ut uiſites uniuerſas gentes, nec misereat te eorũ, qui ſunt in malitia obdurati. Ita fiet.

Reuertentur ad ueſperã, oblatrabunt tanquam canes, & ciuitatem circuibunt.

Res mira profectò, ore & labijs ſuis gladios loquuntur, nec tamen quenquam

eſſe

eſſe putant, qui audiat. Sed tu Domi-
ne ridebis conatus eorũ, & ſubſannabis
conſilia gentiũ omnium. Viribus il-
lius aduerſarij mei ego te opponam, qui
protector meus es Deus. *Deus pro ſua*
benignitate muniet me, priuſquã illi in-
ſultum facere poſsint in me: & oſtendet
mihi in hoſtibus meis, qualia uidere uel-
let quiſquam in ſuis. Ne *occideris ſu-*
bitò eos Domine, *ne penitus in obliuio-*
nem ueniat hæc ultio tua populo meo:
ſed uagari coge illos de loco ad locũ: for-
titudine tua proſterne illos tu, qui fortitu
do es noſtra Domine. *Peccatum oris*
illorum, & ſermo labiorum illorũ me-
reantur, ut ipſi illis eiſdem faſtuoſis uer-
bis capiantur: abominationes enim &
mendacia crepabunt aſsiduè.

Finem

Finem impone iratus execrationibus illorum, ſic finē impone, ut nullæ ſint amplius reliquæ: & ſciant tandem Deum *eſſe, qui imperium habeat in* Iacob, *cuius poſteri non anguſtis, quemadmodum ſolent, limitibus continentur, ſed omnes angulos terræ compleuerunt.* Ita *res habet.*

Conuertentur ſub ueſperam, latrabūt tanquam canes, et circuibunt ciuitatem.

Ipſi diſcurrent de loco ad locum, ut comparent uictum ſibi: & quia non inuenient, quo ſaturentur, cubabunt famelici.

Ego uerò cantabo fortitudinem tuam cum exultatione, ſummo manè cantabo benignitatem tuam: fuiſti enim protectio mihi, & refugium quo tempore periclitabar inter hoſtes meos. Quicquid in me eſt roboris, tibi cantando ac-

ceptum feram: tu enim ò Deus *protectio mea es: & tu* Deus *autor mihi es eius boni, quod in me eſt.*

Deus repuliſti nos. Pſal. 60

D*Eus, qui auxilio tuo deſtitueras nos, & diſperſeras nos proptereà quòd iratus fueras nobis, nũc tandem ira depoſita redi ad nos.* Com*mouiſti grauiter terram, & ueluti hiare feciſti eam: refice nunc tandem fiſſuras illius, uacillat enim.* Ex*hibuiſti populo tuo ſpectacula duriſsima, potaſti nos uino, non quod bibentes exhilaret, ſed mœſtiſsimos faciat.* Dab*is ijs qui reuerentur te auxilium, ut erigant illud contra hoſtes ſuos, & uiſo eo in fugam conuertantur, hoc enim facturum te pollicitus es. Ita res habet.* V*t eripian*=

tur

tur è periculis amici tui, tu dextera tua uictoriam adfer, & reſponde uotis noſtris. Deus promiſit per ſpiritum ſanctum ſuum hæc ſe facturum, quare ego ſeriò exultabo: diuiſurus enim ſum pro meo arbitratu Secchem, & uallem Succoth tanquam meam dimetiar. Ad me pertinebit Galaad, meus eſt Manaſſes, Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda à conſilijs & dux meus. Moab olla ablutionis mihi: uſq; in Idumæam proferam calceum meum & ſeruituti ſubijciam, Philiſtæa, ſi ſapis, ambi amicitiam meã.

Quis perducet me uſq; in ciuitatem munitam, quis me perducet uſque in Idumæam? Nónne tu Deus, qui auxilio tuo longo nos tempore deſtitueras? Nõne tu Deus nũc egredieris in prælium

 nobiſcum

nobiſcum, & dux eris exercituum noſtrorum? Tu robur tribue nobis ad pellenda pericula: uana eſt enim ſalus quæ expectatur ab homine. Auxilio dei deſignabimus fortia, & ipſe conculcabit uniuerſos, qui opprimere conabuntur nos.

Exaudi Deus. Pſal. 61

AVdi Deus clamorem meũ, præbe aurem tuam precationi meæ. E terra, quæ longiſsimo tractu à cœlo diſsidet, ad te clamabo: & in anxietate animi conſtitutus orabo: ut ueluti in rupem, ad quam uiribus meis pertingere non potero, perducas me.

Tu enim ſemper ſpes mea fuiſti, & inſtar turris munitiſsimæ, contra hoſtẽ. Quare & habitabo in tabernaculo

tuo ſeculis infinitis, & tutus ero ſub umbra alarum tuarum. Ita *fiet.* Tu e-*nim* Deus *exaudiſti uota mea: & dediſti omnia, quibus opus habent ij, qui colunt nomen tuum. Annos addes annis regis, quare anni uitæ illius erunt, nõ quales eſſe ſolent reliquorum hominum, ſed generationum infinitarum.* Vt *ſecurus ſedeat rex ille perpetuò in conſpectu* Dei, *benignitatem & ſtabilitatem parà illi, ut ea ſeruent illum.* Sic *fiet ut cantem nomen tuum perpetuò, & quæ uoueram, perſoluam aſsiduè.*

Nonne deo ſubiecta. Pſal. 62

M*Eritò* Deum *patienter expectat anima mea, ab ipſo enim proueniet ſalus mihi.* Ipſe *enim eſt inſtar rupis mihi, ſalus mea, fir-*

mamentum meum: quare nunquam inquietabor multum. Quouſq; homines inſani perdere conabimini eum, qui charus eſt Deo, ignari quòd ipſi mox ſub uertemini: qui iam nunc ſimiles eſtis parieti ruinam minanti, & ſepi tantũ nõn collapſæ? Cauſa certè odij in uirũ illũ ea fuit præcipua, quòd uidebant illum auxilio Dei creſcere: hoc ut impedirẽt ſtulti, inito conſilio ſanè ridiculo, ſubuertere illũ conabãtur: et quaſi falli poſſet Deus, ore ſuo blandiebãtur illi, quũ animo uellent peſſimè. Verùm tu Deum patienter expecta ò anima mea: ipſe enim tutabitur te contra horũ inſidias, & ſalutẽ quã expectas, adferet tibi. Certo enim certius ipſe eſt mihi inſtar rupis inacceſſæ hoſtibus meis, ſalus mea, firmamentũ

meum

meum, quare nunquam loco meo moue-bor. In Deo eſt ſalus mea, gloria mea, rupes fortiſsima ipſe eſt mihi, & ſpes mea ſita eſt in eo. Fidite illi omni tempore quicquid acciderit uobis, & quotquot uſquã eſtis populi, effundite corda ueſtra, & omnia cõſilia ueluti in ſinũ illius: quod ſi feceritis, ſentietis Deũ nobis omnib. adfuturũ, & tutaturũ nos contra omniũ inſidias. Ita res habet. Videte ne ſpem ueſtram in ullo homine ponatis: ſunt enim ipſiſsima uanitate uaniores, tam plebeij quàm principes, quod palàm fieret, ſi appenderentur in bilance cum ipſa uanitate: plus enim ponderis ineſſe deprehenderetur uanitati ipſi, quàm omnibus illis in altũ tanquã re leuiſsima ſublatis. Quare fidere nolite

opibus rapina partis, neq; ob uires, quibus nunc aliis fortiores uidemini, ad ſtultitiam uſq; uobis placueritis: quin potius diuitiæ abſq; iniuſtitia partæ, ſi copioſæ adfuerint, nolite uos animo illis affigere.

Vnum quiddam locutus eſt Deus, *ſed ſæpenumero illud audiui: ſolum* Deum *eſſe qui poſsit omnia.* Et te Dominum *natura eſſe clementiſsimũ: quare & malos malè perdere potes, & tuos pro tua clementia perpetuò facere felices.*

Deus Deus meus. Pſal. *63*

D*Eus, potentiſsimus mihi* Deus *es tu, quare ſummo ſtudio manè quæram te: ſitiuit enim te anima mea, deſiderauit te caro mea in terra hac deſerta, & propter inopiam aquæ perpetuæ ſiccitatis damnata.*

Non

Non aliter quàm terra hæc aquam deſiderat, ego te in loco ſanctitati tuæ deſtinato uidere cupiui, & contemplari potentiam & maieſtatem tuam. Melior eſt enim benignitas, quâ tuos proſequeris, ipſa hac corporis uita: quare labia mea nunquam deſinent laudare te.

Hic mihi erit mos agendi gratias tibi, ut cum ueneratione nominis tui ad omnia, quæ facturus ſum, manus admoueam. Non aliter quàm ſi adipe & pinguedine ueluti delicatiſsimis cibis, tũ ſaginabitur anima mea, quum labijs exultatione pleniſsimis laudes tuas decantabit os meum. Quotieſcunq; memor factus fuero tui, etiam in lecto, quacunq; noctis uigilia, animo cum gratiarum actione te uoluam & reuoluam. Fuiſti

*enim auxilio ſæpiſsime mihi: quare ue-
luti umbra alarum tuarum contectus, ſe-
curus poſthàc exultabo. Quum cupe
ret adhærere, & non diuelli abs te ani-
ma mea: tu apprehendiſti me manu tua,
& iunxiſti me tibi. Illi autem aduer-
ſarij mei perdere ſtudent me, uerùm ipſi
citius in infima terræ loca retrudentur.
Vbi eum qui dux fuit illorum, pro-
ſcindent acie gladij, dabuntur in præ-
dam ſanguinarijs feris. Ipſe autē rex
ſeriò gaudebit ſe Deum habere propi-
tium, gloriabitur quiſquis iurauerit in
uerba illius: obturabitur uerò os illo-
rum, qui iactant inania.*

Exaudi Deus. Pſal. 64

A*Vdi Deus uocem commemora-
tionis calamitatum mearum, ut
contra*

contra minas, quibus hoſtis terret me, tuearis uitam meam. Abſconde me à multitudine prauorū, ſecretò conſultantium aduerſum me, et à cōſpiratione ſceleratorum. Qui exacuerunt non aliter, quàm exacui ſolent gladij, linguas ſuas: ſagittis, quibus hoſtes capitales peti ſolent, ſimilis factus eſt uirulentus ſermo illorū. Vt eo petant ex inſidijs inſontē, de improuiſo iaculis ſuis petent eum, nec metuēt futurū, ut quiſquam reſciſcat hæc, & uindicet. Animo obfirmato conſtituerunt inter ſe rē perpetrare execrabilem: poſt multa ultrò citroq; habita uerba, abſcondere decreuerunt laqueos ea arte, ut neminem fraudem illam deprehenſurum ſibi perſuaſerint.

Excogitauerunt uarios nocendi

modos

modos: abſoluerunt conſilia ſua: & in unum contulerunt quicquid ulla diligẽtia excogitari potuit ab animo humano, etiam ſumma prudentia prædito. Verum hæc omnia aduerſus Deum *nihil faciunt: quin potius ille iaculabitur in eos ſagittas, de improuiſo uarijs uulneribus conficiet eos.* Et *exprobrauerunt hæc uidentes eandem eis illam linguam uirulentam, quam ipſi in alios exacuerant: attoniti facti ſunt, propter ſubitum illorũ caſum, quotquot aderant ſpectatores.*

Admirabuntur quicunq; uidebunt, et commemorabunt opus hoc Dei *alijs, qui & alia eius opera hoc exẽplo docti maiore prudentia expendent.* Gaudebit *iuſtus quod propitium habeat* Dominũ: *ſecurus enim erit protectione illius,*

&

& gloriabuntur quotquot candido ſunt pectore.

Te decet hymnus. Pſal. 65

TE manet laus, qui Deus es in Syō, & tibi perſoluetur uotū. Propterea quod tu audis preces ſupplicū: ad te omnis generis homines quantumuis carnales confluent. Grauiſsimæ iniquitates noſtræ ſuperauerunt uires cuiuſq; noſtrum: quare pro peccatis noſtris ut ipſe tu ſatis facias neceſſe eſt.

Felix modis omnibus ille, quem tu elegeris, & tibi propinquum feceris: habitabit enim ille in atrijs tuis, & nos unà perfruemur elegantia domus tuæ, & ſanctimonia regij palatij tui. Dictu mirabile, cùm ſimus peccatores, tanquam iuſtos exaudies nos Deus autor ſalutis no

noſtræ

noſtræ,qui ſpes omnium finium es terræ, & maris extremas oras incolentium.

Deus eſt,qui ſua propria potentia ſtabiles facit montes, qui omni ex parte cinctus eſt robore, & modis omnibus omnipotens. Qui quoties uult, compeſcit tempeſtatẽ, qua exagitantur maria, & qua ſeſe attollunt uaſti fluctus illorũ, & tumultũ quantumuis multorum populorum ipſe ſedat,quum uult. Cum ueneratione timebunt, quotquot habitant ultimis in angulis terræ à ſignis tuis cœleſtibus,& illorum matutino exortu, & ueſpertino occaſu exhilarabis eos. Inuiſiſti ipſam terram & irrigaſti eam, & uarijs modis ditaſti eam:diuerſa enim illa flumina benignitate tua,ò Deus,plena erunt aquis, & curabis,ut copioſe proueniat

ueniat è terra pabulum illis, quæ degunt in ea: uber enim terræ prouentus proprius eſt ornatus eius. Quare ſulcos eius humecta, et glebas eius occa, imbribus mollē redde eam. Tanquā corona exornaſti annum pro benignitate tua: quacunq; ieris apparebunt in ueſtigijs tuis ſigna fertilitatis maximæ: quin & habitacula deſerti ubertate perfruentur, & colles lætiſsimo gramine exornabit. Veſtient gramine paſcua gregem, et ualles abundantes frumento exhilarabunt ſeſe, & cantillabunt.

Iubilate Deo. Pſal. *66*

Lætitiæ ſigna edite in honorem Dei, quotquot terram incolitis. Cātate maieſtatē nominis eius, palàm facite, quàm ſit magnifica dignius

laude

laude. Dicite Deo, quàm ſuſpiciendus es propter opera tua: magnitudine potẽtiæ tuæ mendaces palàm deprehenduntur fuiſſe in te hoſtes, qui diuinitatem nõ tribuebant tibi. Vniuerſa terra adorabit te, & pſalmos cantabit in laudem tuam, carminibus celebrare faciet nomẽ tuum. Ita fiet. Venite, conſiderate opera Dei, & perpendite, quàm admirando conſilio genus humanum gubernet.

Fecit enim ubi paulò antè fuerat ingens mare, ibi terram nunc extare aridam: & ubi ingens antea fluuius fuerat, ut ibi continuò pòſt ſiccis licuerit tranſire pedibus: quæ res incredibili nobis, in quorum gratiã id fecerat, gaudio fuit, & in amorẽ illius nos accendit. Imperiũ habet non ab alio, ſed à ſe, in totũ orbem: oculi

oculi eius diligenter obſeruant, quæ fiũt in ſingulis nationibus: deſertores Dei nõ exaltabuntur, quamuis diuerſum ipſi ſibi perſuaſerint. Ita res habet. Extollite laudibus quotquot eſtis populi Deum hunc noſtrum: & faciet, ut ad quamplurimos perueniant præconia laudum eius.

Qui conſeruauit nos in uita: nec permiſit uacillare pedes noſtros. Quamuis probaueris nos Deus & examinaueris nos, quomodo argentum igne examinari ſolet. Et induxeris nos in laqueũ, immiſeris afflictionẽ, & moleſtiam in lumbos noſtros. Et inuexeris nihili hominẽ in caput noſtrũ, & perueneri mus uſq; in ignem, & in aquam: tandem tamen ex omnibus his eripuiſti nos, & perduxiſti nos in locũ ubi omniũ rerum

copia eſt ſumma. Quare ingrediar domum tuam cum holocauſtomatis, perſoluam tibi quæ noueram, quum in malis uerſarer. Quæ diſtinctè promiſi labijs meis, & quæ locutus ſum ore meo, quo tempore malè erat mihi. Holocauſta pinguium offeram tibi: & cũ ſuffitu arietes, boues mactabo cum hircis.

Venite & audite, ut narrem cunctis qui timent Deum, quanta fecerit animæ meæ. Ad ipſum ore meo clamaui, & continuò animus meus linguæ, eius beneficio reſpondens, laudibus extulit illũ.

Iniquitatis ſi ſibi animus meus conſcius fuerit, non audiet me Dominus.

Certè audiuit me Deus: & aures præbuit precationi meæ. Omni laude maior eſt Deus, qui non reiecit precationem

*nem meam, nec benignitate ſua deſti-
tuit me.*

Deus miſereatur. Pſal. 67

*DEus miſerebitur noſtri, & bene-
faciet nobis, palàm lucere faciet
fauorem uultus ſui erga nos.* Ita
fiet. Vt *cognoſcamus uiã, qua itur ad
te* Deus: *beneficiũ uidelicet illud redem-
ptionis quod impendiſti uniuerſis genti-
bus.* Accepta *tibi referent omnia ſua
populi* Deus: *accepta referent tibi ſua po
puli uniuerſi.* Gaudebunt & *lætabun
tur populi propterea quod tu iudex eris
eorum æquiſsimus, & omniũ qui in ter-
ra degunt, tu te ducem præbebis.* Ita *fiet.*
Accepta *tibi referent omnia ſua po-
puli* Deus: *accepta referent tibi ſua po-
puli uniuerſi.* Terra *protulit fru-*

mentum ſuũ, & benedicet nobis amplius adhuc Deus, Deus *ille omnium noſtrum.*

Sic benedicet nobis Deus, *ut exemplo noſtro inuitati, religioſè illũ culturi ſint uniuerſi anguli terræ.*

Exurgat Deus. Pſal. 68

V*Bi exurrexerit* Deus, *ſubitò diſſipabuntur hoſtes illius, & in fugam conuertentur, qui odio habuerunt illum, ad ſolum cõſpectum illius.*

Sicut ſine negotio diſpergitur à uento fumus, ita diſperges illos tu: & ſicut liqueſit cera igni adhibita, ſic peribunt impij aduentante Deo. *Econtrario gaudebunt iuſti: & ſeriò exultabunt. Cãtate* Deum, *& pſallite in honorem nominis illius, extollite illum, qui pro uehiculo utitur nubibus, cui propriũ nomen Ser*

uator

tator deus, quare exultate recepti in gra tiam illius. Pater enim eſt pupillorū, & iudex uiduarum: etiam ſi ſit in cœlo habitaculo ſanctitatis ſuæ, & longè ui- deatur diſſitus à nobis. Deus facit, ut qui paulò antè fuerant ſoli ſine liberis, nunc habeant domum familia pleniſſi- mam: in libertatem aſſerit, qui uincti fue rant compedibus ferreis: deſertores inte- rim Dei in locis aridis habitabūt rerum omnium inopia laborantes. Deus quum tu præires populo tuo, & grade- reris per ſolitudinem. Quod certo cer tius factum eſt. Terra commota eſt, cœli ſudauerunt propter præſentiam ma ieſtatis tuæ ò Deus: quin & hic Sinai contremuit propter præſentem maieſta- tem tuam ô Deus, Deus inquam Iſraelis.

Pluuiam copioſiſsimam effundes ô Deus, & hæreditatem tuam, licet afflictam, tu ſtabilies. Multitudo tuorum requieſcet in loco, quē tu deſignabis ei, ſuppetias feres pro benignitate tua pauperi Deus. Dominus ſuppeditabit efficacem ſermonē annunciatricibus potentiæ illius admirabilis & maximæ.

Reges potentiſsimi fugient, fugient inquã, & fideles domeſtici diuident ſpoliũ. Si huc uſq; inter fuligine obducta ollas iacuiſtis, & tam atri quàm carbo facti eſtis: eritis poſthàc tã candidi, quàm alæ alicuius columbæ, etiam ſi argento exornata fuerit, & pennæ illius eleganter admixtum habeant auri pallorem.

Quum diſtribueris ô omnipotēs per uarias prouincias, qui regant eam, tum

can=

didiorem reddes eam niue, quæ hucuſq;
uerſata eſt in obſcuro. Mons Dei, mõs
Baſan, mons eſt in uaria aſſurgens iuga
mons Baſan. Quare inuidetis reliqui
quantumuis cliuoſi montes monti huic,
quem elegit Deus, ut inhabitet eum? pro=
fectò Dominus hunc montẽ inhabitabit
perpetuò. Equitatus Dei centenorum
eſt milium, habet & angelorum milia,
quibus comitatus nunc huic monti adeſt
Dominus, ſicut olim Sinai cũ ſanctimo-
nia. Aſcendiſti in altũ, aſſeruiſti eos
tibi, qui olim à diabolo captiui detineban
tur, acquiſiuiſti uaria dona poſteris A-
dæ: quin & rebelles plurimos, & Dei
penitus ignaros in gratiam recepiſti, ut
uerè dici nunc poſsit, habitare inter
homines te ſeruatorem Deum.

Quare dignus eſt, qui laudibus extollatur Dominus abſq; ulla intermiſsione, qui tam eſt in nos beneficus, ut onerare nos uideri meritò poſsit, omnipotens ille Deus, beneficijs ſuis. Ita res habet.

Omnipotens ille Deus nobis, quos elegit, Deus eſt omnimodæ ſalutis autor: in poteſtate enim Domini eſt, quencunque uoluerit à morte erigere. Proculdubio Deus uulnerabit caput inimicorum ſuorum: findet caput eius, qui perdurat in peccatis ſuis obſtinatus. Dixit Deus, expellam ex Baſan hoſtes meos, extraham eos ex inſulis, quas occupant in profundiſsimo mari ſitas. Sic pellam eos illinc, ut pes tuus conſpergatur illorum ſanguine: & lingua canum tuorum ſanguinem inimicorum lambat ab ipſo

Domi-

Domino interfectorum. Viderunt pij hos ſucceſſus, & agnouerunt eos eſſe abs te: ſucceſſus inquam illos eſſe agnouerunt abs te, qui Deus meus es, & rex meus inſigni ſanctimonia præditus. Præceſſerunt, quum gratiæ tibi pro uictoria agerentur, hi qui uoce canunt: hos continuò ſequebantur, qui inſtrumentis ludebant muſicis: cingebant autem eos undiq; puellæ tympana pulſantes. In frequentia hominum laudibus extulerunt Deum, Dominum laudauerunt poſteri Iacob, qui emanauerunt ueluti è fonte Iſraelis. Ibi Beniamin paruulus ſopore corripitur, principes Iuda ornamentum illorum, principes Zabulon, & principes Naphthalim. Conſtituet Deus tuus robur addere tibi: quare perge quæſu-

mus confirmare hoc Deus, *quod cœpiſti in nobis.* Aliter *longè & magnificentius, quàm olim in templo* Hieroſolymitano, *offerent tibi munera reges.* Vaſta *multitudinem lancea armatam, & turbam eorum, qui robuſtiores habentur inter potentum filios, qui & uitulorum more laſciuiunt, donec facti ſupplices tributa tibi pendere cupiant: funditus autem perde populos, qui bella deſiderant.* Venient *ultro optimates ex* Aegypto, Aethiopia *feſtinabit porrigere manus ſuas* Deo, *& fœdus inire cupient cum eo.* Regna *uniuerſa terræ, cantate* Deum, *& quàm ſit* Dominus *omni laude dignus carminibus teſtamini.* Ita *fiat.* Dominus *qui cœlis cœlorũ à tempore, quo conditi ſunt, ueluti pro uehi-*

culo

culo utitur: ille tribuet uoci ſuæ uocem for titudinis, & uerbis ſuis addet pondus.

Tribuite fortitudinem Deo: *in Iſrael enim apparet, quanti faciendus ſit, & potentiam illius teſtantur nubes.* Admiratione dignus es ò Deus *propter hãc habitationum tuarum mutationem:* Deus *Iſraelis ille tribuet robur, & uires populo, quare nunquàm laudari ſatis poterit* Deus.

Saluum me fac Domine.

Pſal. 69

S Erua me Deus, *quia peruenerũt undæ malorum uſq; ad animam meã.* Demerſus *ſum in lutum, quod fundo penitus caret, & decidi in profundiſsimas aquas: tempeſtas enim ſubitò exorta fluctibus ſuis inuoluit me.*

Deſa-

Defatigatus ſum clamando, exaruit guttur meum, deſtituerunt me oculi mei: dum expecto aduentum illius Dei, cuius auxilium expertus ſum toties. Plures ſunt, quàm capilli capitis mei, qui odio perſequuntur me ſine cauſa, & totis uiribus conantur ſubuertere me: qui hoſtes facti ſunt ſine cauſa mihi, quorum furorem niſi compeſcueris, tanquam rapuerim quæ illorum ſunt, quum nihil fecerim minus, reſtituere tamen cogar ea.

Deus tu noſti ſtultitiam meã, & peccata mea non latent te. Non pudefiant quæſo propter meum infortunium, qui expectant patiẽter te Domine, Deus imperium habens in omnes exercitus, non ſuffundantur pudore, propter perſecutionem quam patior, illi qui ſtudio-

ſe

ſe ambiunt amicitiam tuam Deus Iſrae-
lis. Tuo enim iuſſu hanc talem pertu
li ignominiam, ut texerit totam faciem
meam infamis pudor. Homo ſcelera-
tus & in extremas deportandus terras,
uiſus ſum fratribus meis: & ueluti indi-
gnus, qui cum bonis conſuetudinem ha-
beam, uiſus ſum filijs matris meæ. Ze
lus enim domus tuæ comedit me, quia
ſummo ſtudio conatus ſum tueri maieſta
tem tuam, idcirco probra, quibus pro-
broſè affecerunt te, tam me habebant ma
lè, quàm ſi ipſe ego probris illis affectus
eſſem. Si quando fletu, & ieiunio af-
fligebam me, ipſi probro uerterunt mi-
hi. Vtebar pro ueſte ſacco, & factus
ſum etiam ob hoc fabula illis. Peſſimè
loquebantur de me ſedentes in porta pri
mores

mores ciuitatis: carmina componebãt de me, qui potabant uinũ in tabernis. E- *go contra hæc omnia nihil aliud quàm precatione mea apud te hoc egi, ut citò adueniat tempus, quo tibi libeat ſuccurre re mihi: mi* Deus *pro infinita miſericor- dia tua exaudi me, & pro fide tua, qua ſalutẽ te allaturũ pollicitus es, ſuccurre mihi.* Eripe me è luto *priuſquã peni- tus demergar: liberer quæſo ab his, qui odio perſequuntur me: nec malis ueluti profundiſsimo mari, obrui ſinas me.*

Ne *inuoluant me amplius fluctus aquarum, neque abſorbeat me profun- dum: neque concludat me puteus coo- perculo ſuo.* Exaudi me Domine, *co pioſiſsima eſt enim benignitas tua: quare pro multitudine miſerationum*

tuarum

tuarum reſpice me. Nec auertas faciem tuam à ſeruo tuo, ſed quia gra-uiſsimè affligor, feſtina reſpondere uoto meo. Appropinqua ad animam meã, redime eam: & ut ſuccurras mihi, inimicorum meorum te moueant blaſphemiæ.

Tu noſti utiq; quibus probris, quo pudore, quaq́; ignominia afficiant me, hi tanto numero perſecutores mei.

Aſsidua contumelia fregit animum mihi, & ægrum fecit totum me: expectabam qui miſericordia motus conſolaretur, ſed nullus aduenit, aut qui ægrum animum nonnihil recrearet, ſed nullum inueni. Porrexerunt pro cibo mihi fel, & quum ſitirem, pro potu mihi obtulerũt acetũ. Apponatur huiuſmodi prandiũ ipſis, et alligẽtur illi pran

dio, ne poſsint effugere: hoſtiæ quibus placari ſolet Deus, magis inuiſos reddãt illos. Obſcurentur oculi eorum, ne uideant, & lumbos eorum magis & magis uiribus deſtitue. Effunde in eos indignationem tuam, & uehementi cum ira apprehende illos. Palatia eorum fiant deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit quiſquam qui inhabitet: Quia quem tu percuſſeras, ipſi perſequebãtur: & grauitatem uulnerum, quibus tu uulneraueras me, alijs cum uoluptate narrabant. Labi ſine eos ab iniquitate in iniquitatem, nec eò unquam perueniant, ut participes fiant iuſtitiæ tuæ. Deleantur de libro uiuentium, & numero ſanctorum non adſcribantur.

Interim ego pauper ſum, & mœrore

affectus, ſalus tua Deus ſuſtentet quæſo me. Laudabo nomen Dei carmine, & extollam illud cum gratiarum actione.

Gratius enim id erit Deo, quàm ſi bouem offeram, aut uitulum cornua producentem, & ungulas. Viderunt pauperes & lætati ſunt: quotquot eſtis ſectatores dei, uiuet certo certius anima ueſtra.

Audit enim pauperes Dominus: & eos, qui cauſa illius uincti ſunt, non deſpexit. Laudabunt eum cœli & terra, maria & quæcũq; natant in eis. Deus enim ſaluam faciet Sion, & reædificabit ciuitates Iudæ, & habitabunt illic, & hæreditario iure poſſidebunt eas. Et ſemen ſeruorũ illius poſſidebit eas, & qui amatores ſunt nominis illius, pacificè habitabunt in eis.

O Deus

Deus in adiut. Pſal. 70

DEus ut è malis eripias me, Domine ut auxilieris mihi, feſtina. Pudefiant & infamia notentur, qui perdere cupiunt animam meam, conuertantur in fugam & pudore ſuffundantur, quotquot optant malum mihi. Conuertantur in fugam, & quantum merentur pudefiant, quotquot malo meo gaudentes, dicunt, euge euge. Gaudeant uerò & lætentur, quòd te propitium habeant, quotquot ſectatores ſunt tui: & dicāt aſsiduè, magnificat Deus, quotquot deſiderant ſalutis fieri participes. Ego uerò pauper ſum, & egenus, mi Deus feſtina ſuccurrere mihi, auxiliū enim meū & ſeruator meus es tu, quare ne differas quæſo Domine diutius.

In te Domine. Pſal. 71

IN te Domine ſita eſt omnis ſpes mea, quare ne ſinas quæſo, ut ea ſpe fruſtrer unquã. Tua iuſtitia eripe me è malis & libera me: præbe aurem tuam mihi, & ſalutis tuæ participem fac me.

Sis mihi inſtar rupis munitiſsimæ, ut iugiter tutò obambulare poſsim: decreuiſti enim ſeruare me, quum petra mea ſis & munitio mea. Mi Deus eripe me à tyrannide impij, è manu iniqua agentis & uiolenti. Quia tu fuiſti ſemper ſpes mea domine Deus, & fiducia mea ab ipſa infantia uſq; in ætatẽ hanc.

Tuo præſidio ſuſtentatus ſum à tẽpore, quo in utero cõcipiebar: ab ipſis uiſceribus matris tu auulſiſti me, quare in laudando te meritò ſum occupatus aſsiduè.

Tanquam rem prodigioſam fugerunt me plurimi,ſed tu mihi fiduciam tribuiſti firmiſsimam. Quare pleno ore laudabo te,& omni tēpore maieſtatē tuam cantabo. Ne abieceris me tempore ſenectutis,& quū deſtituere me cœperint uires,ne deſerueris me. Iam nūc enim cœperunt de me loqui hoſtes mei, & ut inſidias ſtruant mihi,conſpirauerunt inter ſe. Dicunt enim,Deus deſeruit eū, ſi perſequamini, cōprehendetis eum:nec quenquā habet qui conabitur eum è manibus ueſtris eripere. Deus ne procul diſceſſeris à me, mi Deus feſtina ſuccurrere mihi. Pudefiant & abſumantur, qui aduerſantur mihi, contegantur undiq; pudore, & infamia quotquot ſtudēt afficere malo me. Ego interim aſiduè

&

*& patienter expectabo, & maiore ſtu-
dio quàm antehac unquã, cantandis lau-
dibus tuis incumbam. Os meum com-
memorabit integritatem tuam, & ſalu-
tem mihi abs te allatam, quamuis tot ex-
tent in me & tanta beneficia, ut nume-
rum ignorem. Quicquid unquam ag
grediar, fretus omnipotẽtia Domini Dei
aggrediar: in memoriam reuocabo om-
nibus, & celebrem faciam integritatem
tuam, tuam inquam ſolius. Deus do-
cuit me ab ineunte ætate uſq; nunc, qua-
re nunquam deſinam palàm facere, quæ
deſignaſti tu plurima & admiratione di
gniſsima. Neq; ergo in ſenio, neq; æ-
tate decrepita deſeras, quin adſis potius
ſicut hucuſq;, quoad indicauero brachiũ
tuum meæ ætatis hominibus, & uniuer-*

ſæ poſteritati omnipotentiam tuam. Et
iuſtitiã tuã Deus laudibus in altum extu
lero, qui deſignaſti maxima, Deus quis
conferendus tecum? Qui afflixiſti me
afflictionib. multis & moleſtijs, ſed re-
uerſus ad me ira depoſita animum reſti-
tuiſti mihi, ut ueluti è barathro terræ, pla
catior factus, extraxiſti me. Auxiſti
potentiã meam, et reuerſus ad me clemẽ
tiſsimè tractaſti me. Quare ego te lau
dibus efferam, & nablo muſico inſtrumẽ
to cõſtantiã tuam in promiſsis mi Deus,
& pſallam in honorẽ tuum cithara, qui
ſanctificator es Iſraelis. Exultabunt
labia mea ubi pſallere cœpero tibi, & a-
nima mea multo magis, quam liberaſti à
malis omnibus. Quin & lingua mea
exercebit ſe ſedulò in cãtãda iuſtitia tua,
erubue-

erubuerunt enim & infames facti ſunt, quotquot ſtuduerunt incõmodare mihi.

Deus iudicium. Pſal. 72

DEus iudicandi ſecundum te formulas regi da, & æquitatis ſtudium filio regis. Vt poſſit iudicare *populũ tuũ ſecundũ æquitatẽ, & pauperes tuæ curæ relictos cum iudicio.* Adferãt *primores, q̃ montib. ſimiles uidentur pacẽ populo: et colles comitetur iuſtitia.* Patrocinetur *pauperibus qui ſunt plurimi in populo, liberet à calumnia egenos, & perdat calumniatorẽ.* Reuereãtur *te, ò rex, quoad ſol lumẽ ſuũ præbuerit mortalib. & luna ſeculis cunctis.* Sit *aduẽtus eius tã gratus, q̃ eſt pluuia decidẽs de cœlo ſup̃ frumentũ recẽs demeſſũ, et imbres irrigãtes ſitientẽ terrã.*

Floreat temporibus illius iuſtus, & ſumma ſit pax, quæ duret ultra lunam. Et dominetur à mari uſque ad mare, imò ab Oceano Orientali uſq; ad extremos Occidentis fines. Prouoluant ſe ante ipſum Aethiopes, hoſtes uerò illius proſtrati mordicus terram corripiant.

Reges Tharſis, & qui inſulas inhabitant, munera offerãt illi: reges Arabum & Sabæorũ tributa pendant. Et adorent illum quotquot uſquam ſunt reges, orbis totus ſeruiat illi. Futurus enim eſt æquiſsimus, & liberabit è malis egenum, auxilium illius implorantẽ, & pauperem humano præſidio deſtitutum.

Pius erit in pauperem & egenũ, & animas egenorũ beabit. Ab uſuris & iniquitate redimet animas eorũ, nec te-

mere

merè fundi ſinet ſanguinẽ illorum. V*i-*
uet cum rege illo pauper, & participem
faciet eũ auri Arabici, *& orabit pro eo*
aſsiduè, nullo non tempore, beneficus e-
rit in eum. Ex *paucis granis in terram*
proiectis, etiam ſi in cacumine montium
ſatio fiat, maxima proueniet meſsis: &
excreſcet frumentũ illud in eam altitudi
nem, ut ſi uento agitetur, ſtrepitũ exci-
tẽt ariſtæ plenæ, qualem altiſsimæ cedri
in monte Libano *ſolent: florebunt inſu-*
per ciues, & multiplicabuntur in ciuita
te, quemadmodum herba ſolet in agris.
Erit *nomen illius celebre perpetuò:*
priuſquã enim eſſet ſol, ab æterno filius
erat nomẽ illi: felices ſe fatebuntur bene-
ficio illius uniuerſæ nationes, & beatum
illum præ omnibus prædicabunt.

 Dignus

Dignus omni laude Dominus Deus, Deus inquam Iſraelis, qui facit incomprehenſibilia ſuis uiribus, non adiutus alienis. Et dignũ omni laude nomen illud magnificum filij ipſius perpetuò, quare replebitur maieſtate nominis illius uniuerſa terra. Ita fiet, Ita fiet.

Hæc ut euenirẽt ſumma fuit uotorum ipſius Dauid filij Ieſſe.

Quàm bonus. Pſal. 73

QVamuis certiſsimũ ſit, nunquam non eſſe beneficũ Deum in Iſraelem, hoc eſt illos, qui cãdido ſunt pectore. Mihi tamen hoc accidit abſurdi, ut quũ mei penè oblitus eſſem, tantũ non labi cœperint pedes mei: & quẽadmodum accidere ſolet his, qui per lubrica ambulant, effuſo greſſu collapſus

fuerim

ſuerim. In cauſa uerò fuit, quòd excandeſcere cœperim in eos, qui ebrietate fortunæ ad inſaniam uſq; ſibi placent, & quod uiderem pacata eſſe impiorum omnia.

Tota enim uita nõ ſolũ fortunata illis omnia fuerunt, ſed & in morte illis accidere ſolet, ut ætate defecti, ſine lõgo cruciatu extinguãtur, & palatia relinquãt regia hæredibus ſuis. A moleſtijs, quibus ex ipſa cõditione homo fragilis obnoxius eſt: liberi eſſe uidẽtur, nec ſicut reliqui homines, flagellis à malo deterrentur. Hinc fit, ut ſuperbia poſsideat eos totos, & quemadmodũ ueſtis totũ hominẽ tegere ſolet, ita iniquitas habeat totos inuolutos illos. Vix apparẽt præ pinguedine oculi eorum, ſupra quàm ſperauerant omnia illis proſperè eueniunt.

Terrori

Terrori ſunt obuijs omnibus propter potentiam illorũ, quæ eò excreuit, ut ſce lera ſua & uim, qua opprimũt miſeros, latere non cupiant, ſed palàm loquantur, & ſeſe ob huiuſmodi iactẽt, neq; pudeat illos ipſum Deum quamuis ſupra omnia ſit, uirulẽta lingua laceſſere. Eum qui cœlos habitat ore blaſphemo irritare audent, & lingua illorũ uirulenta, per eos qui terrã incolunt, obambulat. Propter huiuſmodi fluctuabit populus Dei, nunc hoc, nũc illud in animo uerſans: & hæc ueluti aquæ amariſsimæ pleno calice obtrudentur illis ut bibant. Illi interim ridentes dicere audebunt, nouit ne hæc Deus & patitur? credendum ne eſt prouidentiam eſſe in altiſsimo? Ecce eiuſmodi impij, & in hoc mundo felices,

aſſecuti ſunt robur & diuitias. Profe-*ctò ego fruſtra operam dediſſe uideor, ut candido eſſem pectore, & abluerē aqua munda ſordes à manibus meis.* Flagel-*labar enim aſsidue ab impijs, & incre-patio mei ſummo mane cœpit.* Si ten*taui recenſere quomodo fieri uidebam hæc ab impijs, non potui non iudicare mi ſeros, quos tu tamen pro filijs habes.*

Et *ſi rationem horum inuenire cona-bar, ipſa rei difficultas deſiſtere coegit me.* Deprehendi *enim me non inuen-turū quod quærebā, priuſquàm ingreſſus eſſem ſanctuaria, quæ tu* Deus *inhabitas: tunc enim intelligam rem ipſam, quum uidero, quem finem habituri ſint impij, qui hic uidebantur fœlices, & pij, quos hic opprimebant illi.* Profectò *ſunt*

lubrica

lubrica & fluxa, quæ dediſti illis, quibus tantopere placent ſibi: præcipites dabis illos, & corruent in extremas miſerias.

Quàm ſubita calamitate oppreſsi ſunt, perierunt, ſubitiſq́; terroribus exterriti in nihilũ redacti ſunt. Quemadmodum ſomni, quantumuis dormienti gratus fuerit, reliquũ nihil eſt, ubi quis uigil factus fuerit: ita eorum, quibus hic ſe felices putabãt, reliquũ illis nihil erit, quin potius tu Domine in ciuitate etiam imagines illorũ contemptibiles omnibus reddes. Interim uelut acore quodam macerabit ſe cor meum, & torquebo me cogitationibus meis. Propterea quòd ueluti omnium rerum ignarus, hæc non ſatis intelligere potuerim: & ueluti brutis ſimilis in expendendis conſilijs tuis

fuerim

ſuerim. Ego tamen, quamuis id non appareret, ſemper curæ fui tibi, & apprehenſam ſemper habuiſti manum dexteram meam. Et tuo conſilio quacunq; eundum mihi eſſet ueluti comes itineris fuiſti, & me tandem maieſtatis tuæ participem ad te recipies. Deficere uidebatur caro mea, & cor meum, ſed tu quum maximè infirmus uiderer, plurimum roboris addebas animo meo: quare te partium mearum confido futurum Deus perpetuò. Econtrario certo certius, qui à te procul recedunt interibunt, perdes omnem illum, qui te deſerto aliud præfert tibi. Quare ego quum mihi perſuaſiſſem utiliſsimum fore, amicitiā cum Deo uero inire: collocaui in domino Deo omnē fiduciam meam,

futurum

futurum ſperans, ut ille mihi facultatem det conſcribendi uaria illa & ſummo artificio abſoluta opera, quæ facit aſsiduè.

Vt quid deus. Pſal. 74

QVid quæſo Deus ſibi uult hæc tam diuturna calamitas, deſeres ne nos perpetuò? nec finẽ facies excandeſcendi in gregem, qui tuæ ſolius curæ, ut illũ paſcas, cõmiſſus eſt? Recordare multitudinis, quam olim ut propriè tua eſſet, conquiſiuiſti tibi, quam & redemiſti è ſeruitute duriſsima, ut imperium in eam acciperes ueluti hæreditario iure tuum, & in montem hunc Sion, quem ipſe ad inhabitandum elegiſti tibi. Erige te in pedes, ut obuiam hoſtibus profectus malis illos afficias nunquã finiendis: nihil enim non auſi ſunt in templum

*plum ſanctitati tuæ conſecratum. Sub-
lata enim uoce clamauerunt aduerſarij
tui uictores ipſis feſtis tuis ſolennibus,nõ
aliter quàm pij ſolent præ gaudio canta-
re in honorẽ tuum, erexerũt uexilla ſua
in trophæum. Palàm uidentibus cun-
ctis aſcenderunt uaſtaturi templũ tuum,
non aliter quàm ſyluam lignorũ ingreſ-
ſi arbores truncare ſolent. Iam nunc
hoc agunt,ut ianuas & omnẽ penitus or-
natum illius ſecuri & malleis perdant.*

*Immiſerunt ignem in omnia loca tuæ
maieſtati conſecrata, in terram uſq; ſa-
crilegi proſtrauerunt habitaculum nomi-
nis tui. Statuerunt apud ſe ſubuertere
penitus omnia,quod & factũ eſt:exuſſe-
runt enim templũ tuũ Deus,ad quod ſta-
tis anni temporib.cõcurrere ſolent diem*

tibi feſtum celebraturi, qui degunt in ter ra. Signa liberationis ab his malis ad/ huc nulla apparent, nec ullus eſt prophe ta, nec quenquam dediſti nobis, qui ſcire poſsit, quando horum ſperare liceat fi/ nem. Quouſq; feres ô Deus contume= lioſum in te aduerſarium, & inimicum blaſphemum in maieſtatem nominis tui, perpetuó ne? Quare contrahis utran que manũ, ſiniſtram & dexteram tuam inſtar hominis ocioſi? profer quæſo tan- dem eam è ſinu tuo, & perde hos impios in te homines funditus. Certè ille De= us rex mihi fuit à ſeculis plurimis, qui innumeris argumentis palàm oſtendit in medio huius terræ uires ſibi non deeſſe quibus ſeruet quoſcunq; uoluerit.

Tu enim omnipotentia tua olim ſe= cuiſti

cuiſti mare, ut locus eſſet tranſeundi tuis, confregiſti capita illorum, qui draconibus immanitate ſimiles erant, eiſdem in aquis per quas tuos perduxeras ſaluos.

Fregiſti uires illius, qui ſimilis uidebatur draconi maximo, & capita habenti plurima: obieciſti eum deuorandum feris & coruis, qui in deſertis locis uerſari ſolent, & uictitare cadaueribus. Tu aperuiſti aridam petram, & eduxiſti ex ea aquam tanquam ex fonte, tam copioſam, ut in iuſtum flumen excreuerit: econtrario rapidiſsimos fluuios exiccaſti, quoties ita tibi uiſum fuit.

A te eſt uiciſsitudo hæc dierum & noctium, quibus tu eleganter, ut præſint, diſtribuiſti pro natura utriuſque: lunam uidelicet & reliquarum ſtella-

rium lumen nocti, & ſolem diei. Per *te ſtabiles ſunt uarij illi anguli terræ, æ-ſtatem ab hyeme tu diſcreuiſti.* Ha-*be rationē huius tam inſignis contume-liæ:hoſtis enim ille nō ſolum affligit nos, ſed & dominū te aſsiduè afficit contume lia, & populus ſtolidus execratur nomē tuum.* Ne *obieceris multitudini hoſtiū turturē tuam, & multitudinis pauperū tuæ ſolius curæ relictorū ne obliuiſcaris perpetuò.* Reſpice *ad fœdus, quod cū patribus pepigiſti:eò enim malorū per-uenimus,ut in teterrimis locis, & ueluti ſubterraneis,& obſcuritatibus pleniſsi-mis degere mœſti cogamur: nec hæ tamē domus ab iniuria & inſultibus hoſtium immunes ſunt.* Ne *abire quæſo coga-tur pauper ſuffuſus pudore:pauper enim*

humano auxilio deſtitutus, nõ diuites iſti, ad te cõfugiet, & nomẽ tuũ laudibus celebre faciet. Exurge Domine, & *tracta tuam ipſius cauſam: in memoriã reuoca, qua ſis contumelia affectus à populo ad impietatẽ uſq; ſtolido, non ſemel atq; iterum, ſed aſsiduè.* Ne *obliuioni dederis impias uoces aduerſariorũ, non tam noſtrorũ, quàm tuorũ: contumelioſa enim uociferatio eorum, qui ſe opponunt tibi, aſsiduè fit maior & maior.*

Confitebimur. Pſal. 75

L*Audibus extollere cœpimus, te* Deus, *laudibus inquã extollere te cœpimus, & pro beneficijs acceptis gratias agere: & cõtinuò ſenſimus præſentiã nominis tui: quare cõmemorabunt quotquot uiderũt, quàm miris mo-*

dis nobis adfueris contra hoſtes noſtros.

Vbi ego,inquit Dominus, tempus ſta tuero mihi,quo quæ iuſta ſunt, exequar.

Terra ſentiet iram meã,& præ metu exanimabuntur, quotquot habitabunt in ea,cuius ego fundamenta ieci, & ueluti columnis ſtabiliui: quare & concutere eam difficile mihi non erit. Ita res habet. Sæpe admonui ſtultos, ne ad inſaniam uſq; ineptirent: & impios,ne nimium erigerent criſtas ſuas. Dicebam enim ad illos, Nolite erigere contra Deũ qui in cœlo habitat,cornu ueſtrum: neq; loquamini ceruice erecta contumelioſe de illo. Quia neq; ab Oriente, neque ab Occidente, neque ab Auſtro cuiquam continget,quod ſolidè magnũ facere poterit illum. Sed Deus iuſtus iudex,ille

ſolus

ſolus deponit,& ad nihilum redigit, & econtrario eriget in altum quemcũq; uo luerit. Habet enim Dominus in manu *poculũ,in quo pulchrè rubet uinum, ſed cui plurimum eſt fecis admixtũ: ex hoc porriget meracum pijs, fecẽ uerò noxiã exugere,imò epotare coget impios om- nes,quantumuis degant in terra multi.*

Interim ego operã dabo,ut hæc diuina *æquitas nota fiat ſubſequentiũ ſeculorũ hominib.pſalmos cõſcribã,& cãtabo in honorẽ* Dei Iacob. Et ego, *inquit* Do- *minus, cornua impiorũ confringam,& efficiam,ut exaltentur cornua iuſti.*

Notus in Iudæa. Pſal. 76

N*Otus inter* Iudæos Deus,& *apd'* I*ſraelitas magni fit nomẽ illius.* Erat *enim in* Hieruſalẽ *taber*

 naculum

naculum ipſius, & domus eius in Sion. Illic ſæpe confregit emiſſas ab arcu ſagittas, ſcutum & gladium rupit, & bella confecit, Ita factũ eſt. Conſpicuus apparuiſti tu, & ferox in hoſtes magis q̃ ullus leo, uel urſus egreſſus ad prædandum è montibus, qui receptacula eſſe ſolent rapacium animalium. In prædam dati ſunt animo feroces, oppetierunt ueluti mortifero ſomno grauati, nec uſui illis eſſe potuerunt, quantumuis uiri eſſent alioqui fortes, manus illorum. Increpatione tua factum eſt, ô Deus Iacob, ut mortem oppetierit rex ipſe cum ſuis, & multitudo curruũ & equorũ uelut ſomnium euanuerit. Vehemẽtiſsimè metuendus es tu, & quis ſubſiſtere poterit coram te, ubi iratus fueris? Efficies ut

è cœlo

è cœlo audiant æquitatẽ iudicij: quod ubi factũ fuerit, metuent ſibi, quicũq; terram inhabitant, nec mutire contrà audebunt.

Fiet autẽ, quũ apparauerit ſe Deus ad ferendam ſententiã cõtra malos, ut liberos reddat à tyrannide illorum pios qui degunt in terra. Ita fiet. Honori profectò tibi erunt, qui ira cõciti temere contra te in prælĩũ prodierunt, peribunt enim, & ſi quid minarũ hoſtiliũ reliquũ fuerit, id tu uendicabis tibi, & te illi oppones, ne terreantur tui. Voue te, & perſoluite, quæ uouiſtis, domino Deo ueſtro: quotquot habitatis circa illum, offerte ei munus qui meritò colendus eſt ſollicitè. Ipſe eſt enim, qui adimere poteſt uitã principib. et terrere ipſos reges etiã ſi domini eſſe uideãtur ipſius terræ.

Voce mea. Pſal. 77

VOce mea ad Deum clamabo, uo ce inquam mea aſsiduè clamabo, donec aurem præbeat mihi.

Quotieſcunq; aduerſi aliquid accidebat mihi, ad Dominũ recurrebam: & ſi uulnus meum per noctem recrudeſcebat, nec remittebat ſe dolor, recuſauit admittere ullam cõſolationẽ anima mea aliam ab ea, quàm expectabã à Domino. In memoria ergo habebo Deum, et eiulabo: ad illum loquar, & ſollicitudine conficiet ſe ſpiritus meus. Ita fiet. Apprehendiſti palpebras oculorũ meorum, ne poſsim dormire: quæ res me ſic conturbauit, ut ne loqui quidem amplius libuerit. Quare animo reuolui dies ab initio ſeculi, & annos ſeculorũ ſuperiorũ.

In me=

In memoriam reuocabo & carmen meum, quo alios conſolari ſoleo: & per noctem cum corde meo colloquar, & erit animus meus in cogitationibus totus.

Num perpetuò deſeret nos Dominus? & futurum ne eſt, ut placatior fiat nunquam poſthac? Perijt ne in perpetuũ miſericordia ipſius? irritus ne factus eſt ſermo quo pollicitus eſt ſe conſolaturum mœſtos, non una tantũ generatione, ſed omnibus? Oblitus ne eſt miſereri Deus? aut præ ira uim facit ſibi, ne unquã ſentiamus uaria genera benignitatis illius? Ita ne fiet? Profectò dicebam, ad mortem uſq; cruciat me hæc recordatio ſuperiorum annorum, quibus toties & tam manifeſtè adfuit omnipotenti dextera ſua, is qui ſupra omnia eſt Dominus.

Non

Non tamen ſperare deſinam, ſed memoria repetam conſilia ſeruatoris Dei quibus ſe aliquando placatum oſtendere ſolet: memoria inquam repetam, quàm miraculoſe olim ipſe adfueris tuis Deus.

Animo uoluebam & reuoluebam omnis generis opera tua, & in recenſendis conſilijs tuis occupatus eram. Quare deprehendi ò Deus ſanctimoniæ plena eſſe omnia opera tua, nec eſſe potẽtia & magnitudine conferendũ cum te Deo uero quicquam. Tu ille es Deus, qui ſtupenda deſignas: notam feciſti in uarijs populis omnipotentiam tuam. Redemiſti brachio potenti populum tuum, poſteros Iacob & Ioſeph. Ita res habet.

Vbi te uidiſſent aquæ Deus, uidiſſent inquam te aquæ, uiribus deſtitutæ ſunt,

& cõterritæ ſunt abyſsi. Effundũt nubes aquas,quoties tu uis, & ſonũ edunt: quin & grando copioſe te iubente decidit,ſagittis ſimilis. Auditur è cœlo tonitru uehementer ſonorum : illuminant, & ueluti lucere faciunt orbem fulgura, ut ſæpe timore capiãtur, & tremore hi, qui terram inhabitant. Per medium mare obambulas, et per aquas plurimas, nõ aliter, quàm per tritiſsimas uias, nec apparent ulla ueſtigia tui. Duxiſti olim non aliter, quàm paſtor gregem ſibi cõmiſſum ſolet, populum tuum miniſterio Moſeos,& Aaron.

Attendite popule. Pſal. 78

AVſculta popule mi doctrinam meam,præbete aures ueſtras omnes uos ſermonibus meis.

Comme-

Cõmemorabo quæ fabulæ uideri, & ſupra fidem eſſe poſsint, niſi uerè cõſtaret ſuperioribus ſeculis contigiſſe ea.

Ab alijs enim audiuimus, & uera eſſe certò ſcimus: patres enim noſtri conſcripſerunt diligenter, ne nos ignoraremus ea. Neq; nos ergo inuidebimus poſteris illorũ uſq; in nouiſsimã generationẽ, ſed diligenter cõſcribemus laudes Domini, & omnipotentiã eius, ſtupenda quoque opera, quæ ille deſignauit plurima.

In primis hoc honore dignatus eſt Iacob, quòd præſcripta rectè uiuendi tradiderit poſteris ipſius Iſraelis, & mandauerit progenitoribus noſtris, ut ea docerent liberos ſuos. Vt ſciant etiam nepotes illorũ, qui poſt ipſos naſcentur: & illi iterum ſuperiorũ nepotes ſuis liberis

eadem

eadem diligenter inculcent. Vt diſcãt omnẽ fiduciã ſuã ponere in Deo, *& non excidant memoriæ illorũ, quæ ſummo cõſilio facta ſunt à* Deo, *quibus recenſendis excitati, diſcant mandatis illius parêre.*

Ne *fiant ſimiles progenitoribus ſuis, hominibus qui pertinaciter rebelles fuerunt* Deo *& contumaces: quibus nunquã id, quod rectũ eſt, cordi fuit, nec unquam ex animo crediderunt* Deo. Filij Ef*fraim armati proficiſcebantur cõtra uoluntatẽ* Domini, *ut iaculis peterent uicinos, & bona illorũ diriperẽt: quare inferiores hoſtibus facti, in prælio terga uerterunt & occiſi ſunt.* Nõ *enim perſtiterũt in pacto recẽs inito cũ* Deo, *& ſecundũ uiuendi normã illis à deo præſcriptã uiuere noluerũt.* Exciderãt *enĩ iam*

tum

tum memoriæ illorum egregia illa ipſius Dei ſtratagemata, & ſtupenda opera illius, quæ ſpectantibus ipſiſsimis illis ediderat. Corám patribus illorum deſignauit mira in terra Aegypti, in ipſa inquam agrorum ditiſsima Aegypto.

Diuiſit mare & tranſmiſit illos: ſtare iuſsit aquas, natura ſua fluidas, tanquam molem marmoream. Duxit eos nube contectos contra ardorem ſolis per diem, per totas noctes lumen præbuit illis, quale luculentus præbere ſolet ignis.

Fidit in gratiam ipſorum arentes petras in ipſo deſerto, & potũ ex illis ſuppeditauit tam copioſe eis, ut ex nullis aquis quiſquã poſsit copioſius. Eduxit riuos e petra aquis tã copioſos, ut æquare potuerint fluuios profundiſsimos.

Nihil

Nihil his omnibus facti ſunt melio-res, ſed peccatis peccata addiderunt: exacerbauerunt altiſsimum in ipſa uaſtiſsima ſolitudine, in qua niſi beneficio illius, nulla ratione uiuere potuiſſent. Statuerunt in animo periculum facere, quantum poſſet Deus, idq́; cibum petendo, qui gulæ ipſorum faceret ſatis. Loquebantur enim inter ſe de Deo dicentes, Poterit ne hic qui tam putatur potens Deus, inſtruere conuiuium in hac uaſta ſolitudine, in qua omniũ rerum eſt ſumma inopia? Miranda profectò cæcitas illorũ: qui enim elicere potuit illis uidẽtibus ex petra aquas, tanta copia, ut iuſtos fluuios æquauerint, de illo dubitant, poſſet ne panem præſtare, poſſet ne carnem præbere populo, quẽ ſibi tam miraculoſe aſſeruit.

Quare hæc audiens Dominus *meritò iratus eſt grauiſsimè, & continuo exarſit ignis in poſteros* Iacob, *& peruaſit incendio uaſtans ipſos* Iſraelitas.

Non *enim ex animo crediderũt* Deo, *nec perſuaſerant ſibi illum eſſe, qui poſſit neceſſaria ſuppeditare.* Mandauit *ergo nubibus, quæ ſupra eos in aere pendebant, & tanquam ianuas cœli aperuiſſet, nubes ipſas rupit.* Et *in modum pluuiæ decidere fecit inter eos* Man, *frumenti genus nunquàm uiſum hominibus, ut haberent quod comederent, frumentum quod in aere prouenerat, dedit illis.* Panem *res mira, qui è nubibus deciderat, quæ natura frumenti feraces non ſunt, comedit homo prognatus è terra: & cibum, quacunq; proficiſcebãtur,*

ſuppeditauit eis ad ſaturitatem. Flare iuſsit Eurum per medium cœlum, & ſua potentia induxit Africũ. Et tanta copia quanta puluis uento in altum ſublatus in terram decidere ſolet, cecidit inter illos caro, & omnis generis auium tanta multitudo, ut numero æquare poſſet arenam, quæ innumerabilis iacet in littore maris. Et proiecit omnia illa in media caſtra ipſorũ circa tentoria ipſorũ.

Quare comederunt, & ſaturi uſq; nauſeã facti ſunt: ad hunc modum ſatis fecit gulæ illorum, ut uiderent priuſquam perirent, potuiſſe Deum, quæ illi poſſe ipſum non crediderant. Non ſunt fraudati deſiderio ſuo, adhuc erat cibus in ore illorum. Et ira Dei deſæuire cœpit in eos: occidit enim robuſtiſsimos

quoſq;, et florem iuuentutis, qui erat inter Iſraelitas, proſtrauit. His omnibus nihil adhuc facti ſunt meliores: relabebantur enim continuò in priora peccata, nec crediderunt ex animo ſe Deo, quãtumuis deſignaret ille quæ meritò eſſent omni admiratione digniſsima. Quare abſumpſit cum uanitate ſine honore dies uitæ illorum, & annos ipſorum non ſine terrore. Quandiu percutiebat illos, recurrebant ad ipſum, & peccatorum pœnitebat illos, & manè ſurgentes ſupplices fiebant Deo. Et recordabantur, quòd Deus ſæpe propugnaculum fuiſſet illorum, & Deus excelſiſsimus redemptor illorum. Verùm hæc ab animo eorum non proficiſcebantur, ſed ore tantum blandiebantur, & lingua ſua men=

mentiebantur illi. Cor enim eorum non erat candidum erga illum, nec perſtiterunt bona fide in pacto, quod pepigerant cum illo. Et quamuis eſſent quales paulò antè depinxi eos, ipſe tamen ſe potius quàm illos reſpiciens, miſericordia motus, remiſit iniquitatem, quamuis grauiſsimam: non enim funditus perdidit illos, quemadmodum meriti fuerant, ſed maximo ſtudio, quaſi uim faciens ſibi, continuit iram ſuam: nec re ipſa oſtendit, quàm meritò etiam furere poſſet in eos. In memoria enim habebat quòd caro eſſent ipſi, uarijs et ſtultis concupiſcentijs obnoxij, & ſpiritus abiens ſuapte natura non reuerſurus.

Quoties irritauerunt eũ in deſerto, exacerbauerunt eum in uaſta illa ſolitudine

dine? Reuerſi enim ad ingenium, ite=
*rum tentare conati ſunt, quàm ipſe po=
tens eſſet Deus, & metiri potentiam e=
ius, qui ſanctificat Iſraelem: quædam e/
nim poſſe illum credebant, ſed non om=
nia.* Neq; *enim intellexerant quantæ
potentiæ fuerit opus illud, quod fecerat
in gratiam illorum, quo tempore libera=
uit illos ex calamitate illa inſigni.*

*Qualia uidelicet inter Aegyptios o-
ſtenderat diuinitatis ſuæ manifeſtiſsima
ſigna, & prodigia per totam regionem
Aegypti.* *Mutauit enim in ſanguinem
fluuios eorum, & effecit, ne riui eorum
ullo modo eſſent potabiles.* *Immiſit in
eos omnis generis muſcas, quæ arrode/
runt eos, & ranas, quæ uexarent eos.*

Qui tradidit brucho germen illorũ,

& laborem eorum locuſtæ. Vaſtauit *grandine uineas eorum, & ſycomoros pruina.* Perdidit grandine iumenta *eorũ, & quicquid poſsidebant, carbonibus ignitis, qui cum grandine permixti contra naturã fuerant.* Ex calamitatibus, quibus affecit eos, colligi poteſt, quàm ſeriò illis iratus fuerit: manifeſta enim erant irati Dei, imò uehementer irati ſigna, uexatio illa, & plagæ, quales non ſolent ab hominibus quantumuis inimicis inferri, ſed quales per angelos ab irato Deo immiſſos ad flagellandos illos, qui uehementer ſunt ſcelerati.

Perrexit *quomodo cœperat iraſci, donec & ipſos occideret, & pecora eorum peſtilentia corriperentur.* Occidit *enim omnia primogenita per totam*

Aegyptum, præcipua illa pro quibus laborauerant maximè, ea inuenerunt ſinguli in tabernaculis ſuis ſubitò mortua per uniuerſam terram Aegypti. Eduxit autem illinc tanquam oues populum ſuum, & deduxit eos tanquam gregem per loca deſerta. Perduxit eos ſecuros, inimicos autẽ illorum cooperuit mare. Perduxit eos in regionem ſanctiſſimæ maieſtati ſuæ gratam, in hunc uſq; montem, quem omnipotenti dextera ſua aſſeruit ſibi. Expulit enim illinc impios, qui eũ locũ lõgo tẽpore poſſederãt, & immiſit ſuos ut ueluti iure hæreditario poſſiderent, & inhabitarent ædes illorum qui pulſi fuerant, tribus Iſrael.

Tanquam nihil commoti omnib. his, iterum tentauerũt, & irritauerunt Deũ,

qui eſt ſupra omnia: admonitionibus enim illius parere noluerunt. Auerſi ſunt à Deo & rebelles facti, ſicut patres illorũ, qui præceſſerunt illos: auerſi ſunt quemadmodum arcus, qui ſcopum non petit, ſed fractus percutit eum qui tetendit. Ad iracundiam concitauerunt eũ lucis ſuis: quos frequentabant in editis locis ſitos: & ſtatuis, quas fecerant ſibi Deos, uehementer irritauerunt eum.

Audiuit Deus & exaudiuit, & execratus eſt ualde ſcelera Iſraelitarum.

Repudiauit iratus tabernaculum, in quo principiò celebrabatur in Silo, tabernaculũ inquam, in quo uiſus eſt ipſe habitare & familiariter uerſari inter poſteros Adæ. Et capi permiſit arcam fœderis, quæ erat ueluti receptacu-

lum omnipotentiæ illius: & ornamentū illud unde ornare ſolitus fuerat populum ſuum, in poteſtatem hoſtium uenire per/ miſit. Et implicuit bello cruento po= pulum, & in hæreditatem ſuam excan= duit. Adoleſcētes illius abſumpſit gla dius, & uirgines ſine honore perierunt innuptæ. Sacerdotes illius gladio cor= ruerunt, nec uiduæ ſuperſtites erant quæ caſum illorum deflerent. Et experge= factus eſt tandem Dominus, quomodo ſo let, qui uino obrutus poſt longum ſom= num redit ad ſe, & iterum uino exhila= rans ſeſe, fortiter pericula aggreditur.

Quare uulnerauit hoſtium ſuorum podices, infami ignominia affecit illos, quam nunquam eluere poterunt.

In eligendo autem ſibi rege ſpreuit fa miliam

miliam Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit. Sed elegit tribum Iuda, & montem Sion quem amat. Et extruxit ſimilem altiſsimis regum palatijs ædem maieſtati ſuæ dicatam, quam ſtabilem eſſe uoluit ſicut terram perpetuò.

Elegit autem Dauid ſeruum ſuum, & excepit eum è caulis ouium. A fœtis uaccis quas ſectabatur paſtor, auocauit eum, et fecit eum paſtorem populi, quem habebat inter poſteros Iacob, & hæreditatis ſuæ inter poſteros Iſraelis.

Et pauit eos, qui curæ illius commiſsi fuerant pro candore animi ſui: & pro ſumma prudentia, qua uſus eſt in omnibus operibus ſuis, gubernauit eos.

Deus uenerunt. Pſal. 79

DEus uenerunt ethnici uſq; in hæ=reditatem tuam, prophanauerūt templum ſanctiſsimæ maieſtati tuæ dicatum, redegerunt Hieruſalem *in aceruos lapidum.* Obiecerunt *cadaue=ra ſeruorum tuorum deuoranda auibus, quæ uolitant per aerem, & corpora ſa=cris tuis initiatorum, beſtijs terræ.* Fu*derunt ſanguinem humanū tanquam a=quam per totū ambitum* Hieruſalem, *nec quiſquam inuentus eſt qui occiſos ſepeli=ret.* Ludibrio *fuimus uicinis noſtris, irriſui & ſubſannationi ijs, qui habitant circum nos.* Quouſq; *iraſceris* Domi*ne, perpetuò ne? exardeſcet ne ſicut i=gnis, ira tua?* Euome *potius iram tuā in impios, qui non agnouerunt te: & in*

regna

regna quæ diuinum auxilium tuum nunquā implorauerunt, ſed uires proprias iactant. Vaſtauerunt enim poſteros Iacob, & quicquid apud eos elegantiæ fuit, redegerunt in nihilum. Ne ſcelerum memor eſſe uelis in malū noſtrum, quæ antehac cōmiſimus, ſed omiſſis illis citò amplectare nos tua inexhauſta clementia, attenuati enim ſumus uehementiſsimè. Auxiliare nobis, Deus ſalutis noſtræ autor, non tam habita ratione noſtri, quàm magnifici & maieſtatis pleniſsimi nominis tui: libera nos à malis in quibus uerſamur: & remitte peccata noſtra pro immenſa liberalitate, quæ nomini tuo reſpondet. Quomodo ferre diutius poteris Domine petulantiam impiorum, qui nobis inſultant dicentes, ubi

nunc

nunc eſt ille ueſter Deus? palàm quæſo fiat ob hæc uidentibus nobis ultio ſangui nis ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt.

Penetret uſque in conſpectum tuum gentibus eorum, qui in carcere tenentur captiui: magnitudine potentiæ brachij tui in uita conſerua eos, qui morti deſti= nantur ab hoſtibus. Et retribue uici/ nis neſtris ſeptuplum in ſinum illorum pro contumelia, qua affecerunt te Domi= ne. Nos interim populus tuus, et grex, cuius tu prouinciam paſcendi ſumere di= gnatus es, referemus tibi accepta omnia noſtra perpetuò generationibus cunctis, & literis mandabimus, quàm ue= rè dignus ſis, qui laude= ris ab omnibus.

Qui regis Iſrael. Pſal. 80

O Paſtor Iſraelis auſculta, qui educere ſoles tanquam gregem poſteros Ioſeph, habitator Cherubin conſpicuus appare. In gratiam Ephraim & Beniamin, & Manaſſe, fac appareat omnipotentia tua, & ueni ſuccurre nobis. Deus recipe in gratiã nos, & placido uultu aſpice nos. hoc enim ſi feceris, ſalui erimus. Domine Deus qui poteſtatem habes in omnes exercitus, quouſq; tandem excandeſces, nec admittes precationem populi tui? Coegiſti illos comedere cibum flebilem, & pro potu porrexiſti illis meras lacrymas maxima menſura. Expoſuiſti nos maledicentiæ uicinorũ noſtrorũ, et oſores noſtri ridẽt inter ſeſe. Deus, qui poteſtatẽ

*habes in omnes exercitus, in gratiam re-
cipe nos, & placido uultu aſpice, ut ſal-
ui ſimus. Vineam ex Aegypto tran-
ſtuliſti: expuliſti gentes impias é ſedibus
ſuis, & inſeruiſti eam. Repurgaſti di
ligenter ruderibus eiectis ſuperficiem e-
ius, & tam laté radices extendit, ut ter-
ram impleuerit. Cooperti ſunt mon-
tes umbra illius, & rami illius ſimiles fa
cti ſunt ramis cedrorum maximarum.*

*Extendiſti ramos illius uſq; ad mare,
& uſq; ad flumẽ ſurculos eius. Quare
re ergo nũc deſtruxiſti ſepes illius, ut ua
ſtẽt quotquot iter faciũt iuxta illã? E-
uertet eã aper egreſſus é ſylua, & feræ
omnis generis, quæ in agris degunt, depa
ſcent eam. Deus exercituum recede
quæſo ab ira, & recipe in gratiam nos,
aſpice*

aſpice è cœlo & uide, quin potius ipſe ui neam hanc inuiſe. Et integritati priſtinæ reſtitue, quam eo es honore dignatus, ut tua dextera plantaueris eam: etſi ipſa non meretur, propter filium tamen, per quem fortia deſignare cõſtituiſti, fac quod in rem huius uineæ eſſe putabis.

Quòd exuſta ſit uinea hæc igni, et uaſtata, auſteritas uultus tui in cauſa eſt: quæ ſi durauerit, funditus peribunt, qui hac uinea ſignificantur omnes. Adſit omnipotentia manus tuæ uiro dexteræ tuæ, adſit inquã manus tua filio hominis quem ſummis uiribus inſtructum opponere cõſtituiſti hoſtibus tuis. Ille ubi hãc uineam inuiſerit, & à ſentibus repurgauerit, non amplius deſeremus te: uita enim donabis nos, & perſiſtemus in cultu

& inuocatione nominis tui. Domine deus cœleſtium exercituum ſumme imperator, reuoca nos ab errore, & malis, in quibus uerſamur: fac clarè appareat fauor uultus tui erga nos: hoc enim ſi feceris, ſalui erimus.

Exultate deo. Pſal. 61

CVm exultatione laudate Deum, cuius uiribus ſeruati ſumus nos: omnis generis lætitiæ ſigna edite in honorem Dei Iacob. Sublata uoce canite & pulſate tympanum, et citharam pulchrè ſonoram unà cum nablo.

Clangite in nouilunio tuba, die ſolenniter nobis feſto. Præceptum enim eſt Iſraeli illud, & æquiſſimè ſtatutũ à Deo Iacob. Ritum illũ ſeruari uoluit à poſteris Ioſeph in memoriam eius, quòd feli-

citer

citer uerſatus fuerit ipſe in terra Aegy-
pti, quò quum ueniſſemus, linguã quam
non didiceramus, audiebamus. Libe-
raui enim, inquit Deus, tum à geſtandis
oneribus humeros illorum: meo auxilio
manus illorum liberatæ ſunt à coquẽdis
fictilibus ollis & lapidibus. In malis
conſtitutus implorasti auxilium meum,
inquit Dominus: ſuccurri tibi, & ad ea,
quæ in occulto poſtulaſti, ego tibi reſpõ-
di tonitru, quo hoſtes tuos exterrui: feci
& periculum tũi iuxta aquas contentio-
nis. Ita res habet. Audi popule mi, ſan-
ctiſsimè enim pollicebor tibi Iſrael, ſi mi-
hi auſcultaueris. Et ſi nõ fuerit apud
te in pretio Deus alienus, & non uenera-
tus fueris ullum Deorũ, quales plurimos
exterarum nationum impij homines ue-
 neran-

nerātur. Si credideris me, qui te eduxi è terra Aegypti, uerè Dominum Deum tuum eſſe, aperi quantum uelis os tuum, & poſtula à me quicquid charum fuerit animo tuo, ego copioſiſsime uoti compotem faciam te. Verum nunquam acquieuit conſilijs meis populus meus, nec Iſrael unquā ſyncere amauit me. Qua re permiſi eos animo obdurato inſanire, quantū uellent, & ſua ſequi conſilia, qui nollent mea. Vtinam popule mi audiſſes me, Iſrael ſi in uijs meis ſecundùm tibi præſcripta à me ambulaſſes. Nullo negotio uniuerſos inimicos tuos perdidiſſem, & extendiſſem tantū manum meam in hoſtes tuos, et perijſſent. Oſores domini exterriti mendacijs ſe in periculis excuſare uoluiſſent: populus autē

meus fęlicia uidiſſet tempora perpetuò.

Iſrael ſi audiſſes me, pauiſſem te medulla tricici, et melle in rupe munitiſsima cõſtitutũ ad ſaturitatẽ uſq; pauiſſem te.

Deus ſtetit in ſy. Pſal. 82

DEus aſtitit cœtui illorum, qui prę cęteris poteſtatem in alios nacti ſunt: in medio ipſorum iudicum, quę officij illorum ſunt, admonuit illos.

Quouſq; tandem promũciatis ſententiam iniquam, et in gratiam impiorũ iuſtos opprimitis? Ita facitis enim.

Quin potius pauperẽ, & pupillũ, et eum qui ſine auxilio ueſtro impar eſt aduerſario ſuo, et egenũ à calũnia defendite, poteſtate hac uobis cõmiſſa et iuſtitię illorum patrocinium ſuſcipite. Si ſapitis ſuccurrite pauperi & mendico, &

nerãtur. Si credideris me, qui te eduxi è terra Aegypti, uerè Dominum Deum tuum eſſe, aperi quantum uelis os tuum, & poſtula à me quicquid charum fuerit animo tuo, ego copioſiſsime uoti compotem faciam te. Verum nunquam acquieuit conſilijs meis populus meus, nec Iſrael unquã ſyncere amauit me. Qua re permiſi eos animo obdurato inſanire, quantũ uellent, & ſua ſequi conſilia, qui nollent mea. Vtinam popule mi audiſſes me, Iſrael ſi in uijs meis ſecundùm tibi præſcripta à me ambulaſſes. Nullo negotio uniuerſos inimicos tuos perdidiſſem, & extendiſſem tantũ manum meam in hoſtes tuos, et perijſſent. Oſores domini exterriti mendacijs ſe in periculis excuſare uoluiſſent: populus autẽ

meus felicia uidiſſet tempora perpetuò,
Iſrael ſi audiſſes me, pauiſſem te me=
dulla tricici, et melle in rupe munitißima
cõſtitutũ ad ſaturitatẽ uſq; pauiſſem te.

Deus ſtetit in ſy. Pſal. 82

DEus aſtitit cœtui illorum, qui præ
cæteris poteſtatem in alios nacti
ſunt: in medio ipſorum iudicum,
quæ officij illorum ſunt, admonuit illos.
Quouſq; tandem promũciatis ſenten
tiam iniquam, et in gratiam impiorũ iu
ſtos opprimitis? Ita facitis enim.
Quin potius pauperẽ, & pupillũ, et
eum qui ſine auxilio ueſtro impar eſt ad
uerſario ſuo, et egenũ à calũnia defendi=
te, poteſtate hac uobis cõmiſſa et iuſtitiæ
illorum patrocinium ſuſcipite. Si ſa=
pitis ſuccurrite pauperi & mendico, &

è uiolentis impiorū manibus eripite eū.

Nihil facti ſunt admonitionibus his ſapientiores, ſed in tenebris aſsiduè uerſantur, quæ res tam habet malè Deū, ut propterea aliquoties ſic totū orbem turbauerit, ut baſes terræ tantum non uiſæ fuerint. Ego uos habui pro Dijs, & ſimiles iudicaui omnes uos angelis: *qui tam ſunt chari Deo, ut uideri poſsint filij altiſsimi.* Verum longè uobis aliter quàm filijs eueniet: *moriemini enim ſicut abiectiſsimus quiſque in plebe:* & *quemadmodum tyrannus quiſpiam præcipitabimini ad inferos.* Surge quæſo *tu ipſe* Deus, *ut iudices terram: tu enim ueluti hæreditario iure,* & *tanquam patrimonium poſsidebis uniuerſas gentes.*

Deus quis. Pſal. 83

DEus ne taceas quæſo diutius:neq; ſileas:neq; feras amplius omni= potẽs Deus. Ecce enim rem in tolerabilem,hoſtes tui tumultuantur, & inimici tui efferunt caput. Aduerſus populum tuum conſpirauerunt ſecretò, & conſultauerunt aduerſus eos, qui oc= cultæ protectioni tuæ concrediti ſunt. Statuerũt inter ſe proficiſci in bellũ,et extirpare penitus illos, ꝗ tuæ curæ reli= cti ſunt, et delere ſic eos è numero homi nũ, ut nunꝗ amplius mẽtio fiat nominis Iſraelitici populi. Cõſilio unanimiter inito aduerſus, te pepigerũt fœdus. Ha bitatores Idumææ et Iſmaelitæ, Moabi= tæ et Agareni. Gebal,Ammon,et Ame lech,Palæſtini unà cũ habitatorib. Tyri.

 Inſu

Inſuper et Aſſyrij iuncti ſunt illis, au
xilio uenerunt filijs Loth. Ita res habet.
Fac illis quod olim feciſti Medean &
Siſare, et Iabin iuxta torrentem Ciſſon.
Qui perierũt in Endor, relicti ad ſter
corãdos agros inſepulti. Fac principi-
pus illorũ, quod olim feciſti Oreb, quod
Zeb, quod Zebech & Salmane: eadem
experiantur nunc horũ duces uniuerſi.
Qui dixerunt, occupemus ueluti iure
nobis debita elegantia illa tabernacula
Dei. Deus fac ſint quæſo tã inſtabiles,
quàm eſt ulla rota: et ſimiles feſtucæ, quæ
non poteſt reſiſtere uento. Sicut ignis
in ſyluã immiſſus, et flamma in cacumẽ
mõtiũ: quæ per obuia dumeta uolitãs ua
ſtat cũcta abſq; ullo impedimẽto Sic tu
perſequere eos tẽpeſtate immiſſa abs te,

&

& excitato turbine pturba eos. Imple ignominia uultus illorũ, ut quærere cogãtur placationẽ læſi nominis tui Domine: Pudefiant & conturbentur aſsiduè magis ac magis, infames fiant et pereãt.

Vt ſciant te eſſe illũ, cui ſoli nomẽ eſt rei reſpõdẽs altiſsimo Domino in omnia poteſtatẽ habenti per uniuerſam terrã.

Quàm dilecta. Pſal. 84.

QVàm amabilia ſunt tabernacula tua domine exercituũ. Sic amore capiebatur, ut uix eſſet apud ſe anima mea, quoties mẽtio fiebat atriorum Domini: cor meũ & caro mea præ gaudio exiliebãt ad nomẽ Dei uiui. Interim paſſer inuenit foramẽ, et hirundo nidũ, ubi collocet pullos ſuos iuxta altaria tua Domine exercituũ, qui mihi &

rex es & Deus. Felices qui habitant iuxta domũ tuã: nunquam deerit occaſio illis laudandi te. Ita res habet Felix ille homo, qui ſuo beneficio fortis eſt: ſemitæ enim ſunt elegãter ſtratæ in corde illius, per quas eunt ad ipſum uſq; animã diuinitus inſpiratæ uires. Obambulant qui tales ſunt aſsiduè ueluti in ualle limpidiſſimis plena fontibus, è quibus quantum libebit, bibent: ipſe uerò, qui diuinã hanc philoſophiam alijs impartit doctor, omni ex parte diuinis muneribus exornabitur. Incrementa uirtutum, quicunq; ſunt tales, aſsiduè magis ac magis accipient, quoad peruenerint ad ipſum Deum, & illi aſsiſtere uideãtur palàm in Sion.

Domine Deus omnipotens audi quæſo precationem meam, præbe aurẽ Deus

ſcrutator

ſcrutator Iacob. Ita fiet. Qui diligentius protegere nos ſoles, quàm ullum poſſit ſcutum, aſpice Deus & clementer reſpice faciem ſupplicis Chriſti tui. Melior eſt enim una dies in atrijs tuis, quàm mille quocunq; alio loco: optarem magis accubare ad limen domus Dei, quàm habitare in ſplendidis impietatis ædibus.

Eſt enim tanquam ſol & clypeus Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus: non poterit non facere benignitatis ſuæ participes eos, qui ambulant ſimpliciter. Domine exercituum omnium imperator ſumme, fœlix modis omnibus ille eſt homo, qui fidit per omnia tibi.

Benedixiſti Dñe. Pſal. 85

REcõciliatus es domine terræ tuæ: reduxiſti enim è captiuitate Iacob. Abſtuliſti omnem iniquitatem à populo tuo : texiſti omnia peccata illius. Ita factũ eſt. Collegiſti omnem iram tuã, quæ ſparſa fuerat in nos : continuiſti, ne in furorem erumperet, irã tuam. Recipe in gratiã nos Deus autor ſalutis noſtræ, & tolle inimicitias, quæ fuerunt inter te & nos. Num perpetuò iraſceris nobis? proferes ne irã tuam in generationem & generationem? Tu ne es ille, qui nos à captiuitate liberare ſolus potes, & uita donare, ut populus tuus ſeſe te oblectet, pacẽ conſecutus?

Fac ſentiamus Domine benignitatem tuã, & ſalutis tuæ participes effice nos.

Auſcul=

Auſcultabo quid loquuturus ſit Deus: certò enim ſcio locuturum, quæ ad pacẽ pertinebunt populi ſui, & ſanctorũ ſuorum, nec ſinet eos relabi in amentem illã impietatem, propter quam abducti fuerant captiui. Propinqua certè colentibus ipſum ſalus ipſius, qua fiet, ut nõ perfunctoriè perambulet, ſed inhabitet maieſtas illius terrã noſtram. Miſericordia & fides obuiam mutuò factæ ſunt, iuſtitia et pax mutuò exoſculatæ ſunt ſeſe.

Veritas è terra pullulabit, & iuſtitiã è cœlo proſpicientem euocabit. Profectò Dominus erit autor huius boni, ut terra noſtra proferat fructum ſuum.

Iuſtitia præcedet illũ, qui Domino charus eſt, & figet greſſus uiri illius in uia per quam gradietur.

Inclina

tuò duraturis. Benignitatis *enim tuæ erga me immenſæ extant argumãta plurima: quoties enim uerſabar in periculis etiã ſummis, tu me eripuiſti, & animam meam ueluti ab inferis ad ſuperos reuocaſti.* Deus *ſuperbi inſurrexerunt aduerſum me, & ingens robuſtorum turba hoc egit ſtudioſe, ut uitam adimeret inſonti mihi, non habita ulla ratione tui.*

Verũ *tu* Domine *deus es miſericors et pius, tardus ad iram: ad beneficentiã autem, & fidem ſeruandã propẽſiſsimus.*

Reſpice *me, & miſerere mei: tribue uires ſeruo tuo, & ſerua filiũ ancillæ tuæ.*

Ede *ſignũ aliquod fauoris erga me tui, ut hoſtes mei uideãt, et pudefiant: uideãt inq̃ te fuiſſe illũ, qui auxiliatus ſit mihi, & ultus ſis iniuriam illatã mihi ab illis.*

Funda=

Fundamēta eius. Pſal. 87

*F*Vndamenta ciuitatis huius iacta ſunt in montibus ſanctimonia maximis. Amat Dominus portas Siō magis quàm ulla tabernacula Iacob. Magnifica dicta ſunt de te, ó ciuitas Dei. Ita res habet. Memor ero Aegyptiorum, & Babyloniorum agnoſcentiū me: ecce rem ne[illegible]ī, Philiſtæa & Tyrus unà cum Aethiopia accurrēt, propterea quòd inſignis ille natus ſit ibi. De Sion quidē dicetur, ꝙ plurimi nati ſint in ea, ſed inſignis ille cōfirmabit eam, cum ſit altiſsimus. Dominus cōmemorabit in deſcriptiōe populorū, ꝙ inſignis ille natus ſit ibi. Ita fiet. Interim principes ludent inſtrumētis muſicis præ gaudio, & mea omnia ſtudia occupata erunt in lau

dando te,propter hæc tã mira,quæ fient in te. Dñe Deus. Pſal.88

D*Omine Deus à quo pendet ſalus mea, per diem clamabo,neq; no ćte latebit te uociferatio mea.*

Q*uare admittatur quæſo precatio mea in conſpectũ tuũ, præbe aurẽ tu clamori meo.* Ad *ſaturitatẽ enim et nauſeã uſq; plena eſt moleſtiſsimorũ cruciatuũ anima mea,uita mea ſepulchro uidetur eſſe proxima.* Habitus *ſum unus è numero eorũ qui iamiam corruituri ſunt in barathrũ: æſtimatus nõ pluris ſum, q̃ uir omnibus ſuis uiribus deſtitutus.* Præ*ſtaret mortuũ eſſe,et liberũ ab his malis, quales ſunt qui uel uulnerati,uel morbo extincti iacẽt in ſepulcris, quorũ nõ recordaberis amplius,ut uitæ huius,qua uixe=*

runt

runt, eos reſtituas: uerũ liberi ſunt à pla
gis his tuis quib. ego affligor. Affecerũt
me malis tam multis aduerſarij mei, ut
uiſus ſim ipſe mihi præcipitatus in pu=
teũ, aut in carcerẽ obſcuriſsimũ & pro=
fundiſsimum retruſus. Omni ex parte
premit me furor tuus, nullũ ſupereſt ma
li genus, quo nõ afflixeris me. Ita res ha
bet. Alienaſti à me familiariſsimè notos
mihi, et abominabilẽ feciſti me illis: con=
cluſus ſum, nec uideo quo pacto explicẽ
me. Oculus meus lãguet præ dolore, im
plorani auxiliũ tuũ domine, toto die ex=
pãdi manus meas ad te. Edes ne diuini=
tatis tuæ ſpecimẽ in mortuis? aut reſurgẽt
ne mortui laudes tuas cantaturi? Ita ne
fiet? Mẽtió ne fiet in ſepulcro clemẽtiæ
tuæ, an integritatis tuæ apud eos q perie
runt?

Quo pacto in tenebris nota fiet tua illa poteſtas, qua miranda deſignas: aut iuſtitia tua: inter eos qui ex hoc orbe migrarunt in terrā deſertam? Pergam tamen ad te clamare Domine, nondū ſpem omnem deponens, & manè ante omnia precatiōe mea occupabo te. Quorſum Domine neglexiſti animā meam? occultaſti uultū tuum, ne ſentiam ſolitū erga me fauorem tuū. Pauper ſum ego, et ærumnoſus ab adoleſcentia: pertuli tales abs te mihi immiſſos terrores, ut propemodū ſuccubuerim, et deſperare de ſalute tantū non cœperim. In me apparuerūt manifeſta ſigna tui furoris, terrores tui oppreſſerunt me. Circumdederūt quemadmmodū aquæ ſolēt collapſum in eas, idq; aſsiduè, cinxerunt me, non alius

terror

terror poſt alium,ſed ſimul uniuerſi. Procul à me abire feciſti,ſi quis fortè reliquus fuit amãs mei, aut uicinus beneuolus: quin et familiariter notos abſcõdiſti, & ueluti in tenebris, ne uideri poſſint à me, collocaſti.

Miſericordias Dñi. Pſal. 89

DOminũ nunquã te nõ miſericordem miris modis eſſe carminib. teſtabor, et meæ ætatis hominib. & poſteris omnibus, & docebo ore meo non eſſe dubitandũ cuiq̃ de fide tua, quin præſtaturus ſis, quicquid promiſeris unquã. Perſuaſi enim mihi futurũ, ut perpetuò duret miſericordia tua, et cœli prius ruant, quos artificio ſummo cõdidiſti, & cõſtanter cõſeruas, q̃ tu nõ ſtes promiſſis. Percuſſi fœdus, inquit dominus

 cum

Quo pacto in tenebris nota fiet tua il-
la poteſtas, qua miranda deſignas: aut iu-
ſtitia tua: inter eos qui ex hoc orbe mi-
grarunt in terrã deſertam? Pergam ta-
men ad te clamare Domine, nondũ ſpem
omnem deponens, & manè ante omnia
precatiõe mea occupabo te. Quorſum
Domine neglexiſti animã meam? occul-
taſti uultũ tuum, ne ſentiam ſolitũ erga
me fauorem tuũ. Pauper ſum ego, et æ-
rumnoſus ab adoleſcentia: pertuli tales
abs te mihi immiſſos terrores, ut prope-
modũ ſuccubuerim, et deſperare de ſalu-
te tantũ non cœperim. In me apparue-
rũt manifeſta ſigna tui furoris, terrores
tui oppreſſerunt me. Circumdederũt
quemadmmodũ aquæ ſolẽt collapſum in
eas, idq; aſsiduè, cinxerunt me, non alius

terror.

terror poſt alium,ſed ſimul uniuerſi. Procul à me abire feciſti,ſi quis forte reliquus fuit amãs mei, aut uicinus beneuolus: quin et familiariter notos abſcõdiſti, & ueluti in tenebris, ne uideri poſſint à me, collocaſti.

Miſericordias Dñi. Pſal. 89

DOminũ nunquã te nõ miſericordem miris modis eſſe carminib. teſtabor, et meæ ætatis hominib. & poſteris omnibus, & docebo ore meo non eſſe dubitandũ cuiq̃ de fide tua, quin præſtaturus ſis, quicquid promiſeris unquã. Perſuaſi enim mihi futurũ, ut perpetuò duret miſericordia tua, et cœli prius ruant, quos artificio ſummo cõdidiſti, & cõſtanter cõſeruas, q̃ tu nõ ſtes promiſſis. Percuſſi fœdus, inquit dominus

cum eo quē elegi ipſe mihi, & iuramēto
cōfirmaui illud, ne ullā habeat dubitandi
cauſam ſeruus meus Dauid. Perpetuò
inqt Dominus, ſtabiliā poſteros tuos, ex
truā ſoliū regale tibi, qd nō cōuelletur ul
la generationū unq̄ ſubſequentiū. Ita fi=
et. Teſtātur cœli q̄ admirādus artifex
ſis tu Domine, et perpetuitatis tuæ teſtes
ſunt apud oēs q tuæ ſanctitatis nō peni=
tus ſunt expertes. Quis enim in cœlo
quouis pacto tecū cōferri poterit: et quis
ſimilis tibi inter angelos, quantūuis ſint
potētes? Deus miris modis magnꝰ eſt,
et ſuſpiciēdus etiā in cœtu ſanctorū ſuo=
rū, et metuēdus cūctis qui circa illū ſunt
Domine Deus qs cōferri ullo pacto po
terit tecū, cum ſis creator & cōſeruator
rerū omniū, & ſtabilitatis tuæ circū te
habeas

habeas teſtes plurimos? Tu imperiũ ha bes in uaſtitatẽ maris: ſi ferocire cœperint, et in altũ ſe ſuſtollere fluctus eius, tu poteſtate tua dũ uis, cõpeſcis illos. Tu percuſsiſti potẽtiſs. illũ Aegypti regẽ, nõ maiore negotio, q̃ ſi res tibi fuiſſet cũ aliquo uiribus ſuis omnib. deſtituto: omnia potẽti brachio tuo ſubuertiſti, hoſtes tuos uniuerſos. Tui ſunt cœli, tua eſt terra, orbis terrarũ, & omnia quæ in ipſo plurima ſunt: tu fundamẽta iecíſti omniũ illorũ. Aquilonẽ et Auſtrũ produxiſti, mons Tabor, mõs Hermon magnitudine ſua teſtantur omnipotentiã tuã, & occaſionẽ præbent uidentib. laudandi nomen tuum. Tu brachium habes omnipotentia præditũ: robuſtiſsima eſt manus tua, & potentiſsima dextera tua. Iuſtitia

& æquitate ſtabilitum eſt regale ſolium tuum: clemētia & æquitas præ omnibus curæ ſunt tibi. Felix ille populus qui agnoſcit hæc, & ſeſe oblectat his: Domine quicunq; tales fuerint, ſemper comitabitur illos fauor tuus, & ueluti clariſsima in luce uultus tui uerſabuntur. Ad memoriam nominis tui exultabunt omnibus diebus uitæ ſuæ, & beneficio iuſtificationis tuæ magni erunt. Ornamētum enim fortitudinis eorū es tu, & pro tua in nos pietate robur illud incrementa ſuſcipiet aſsiduè magis et magis. Beneficio enim Domini magis quàm ullo clypeo tuti ſumus: & auxilio illius, qui ſanctimoniæ autor eſt, Iſraeli feliciter cedunt quæcunq; aggreditur noſter rex.

Olim locutus es cū ſancto tuo Samue-

le, quomodo cum prophetis ſoles: & di
xiſti, robur addidi uiro alioqui forti, ex
altaui adoleſcentem illum, quem è popu-
lo elegeram. Inueni Dauid ſeruũ me-
um: oleo ſancto meo unxi eum. Quare
manus mea firma erit cum illo, nec deſe-
ret illum unquam: inſuper & brachium
meum potentiſsimum faciet illum. Non
opprimet illum ullus inimicus, nec homo
ſceleratus malè illi uolens affligere pote
rit illum. Conteram enim quotquot
audebunt ſeſe opponere illi: & odio ha
bentes illum perdam. Quicquid au-
tem promiſi illi, aſſequetur, & prima
illa gratia, qua elegi eum irrita non fiet:
per me enim exaltabitur cornu illius.
Et extẽdã uſq; ad mare ditionẽ illius:
et uſq; ad flumina potẽtiã dexteræ illius.

Ipſe uocabit me, & dicere familiariter audebit, pater meus es tu Deus meus, ſtabilis & incõcuſſa ſalus mea tu. Et ego faciam illũ primũ & potentiſſimũ omnium regum qui ſunt in terra. Perpetuò illũ proſequar fauore meo: & pactũ quod inij cum illo, firmũ erit. Et conſtitui poſteros illius conſeruare perpetuò, & ſoliũ regni illius facere tam diuturnum, quàm erunt dies cœli. Si deſeruerint poſteri illius legem meam, & ſecundum præcepta mea non uixerint: Si leges meas uiolauerint, & mandatis meis nõ paruerint: Ego ueluti uirga flagellabo eos, ut reſipiſcant, & uerberib. animaduertam in ſcelera illorũ. Clementia uerò mea nunquã deſtituam illos: nec enim mentiri potero, aut contra datam à

me

me fidem facere. Nunquam uiolabo pa*ctum quod eſt inter me & illos : id enim quod ſemel locutus ſum, nõ mutabo unquã.* Cũ *ergo iurauerim per ſanctitatẽ & maieſtatẽ meam, mẽtiri ne* Dauid *potero?* Futurũ *promiſi ſemẽ illius perpetuò duraturum, & ſoliũ regni illius fore tam ſtabile et diuturnũ, quàm eſt ipſe ſol in conſpectu meo.* Sicut *luna perpetuum erit regnum illius, quàm & ſtabile promiſsionis meæ in cœlo ſignum eſſe uolo.* Interim *tu tanquam horum omnium oblitus, deſeruiſſe, & abominatus eſſe uideris* Chriſtum *tuum, & excanduiſſe in illum.* Violaſſe *uideris fœdus initum cum ſeruo tuo, & ignominioſe in terram abieciſſe diadema illius.* Diruiſti *omnes muros illius, & munitiões*

quibus

quibus tutus eſſe ſolet ab hoſtium inſulti
bus, funditus demolitus es. Cōculcant
quotquot iter faciūt iuxta illū, factus eſt
ludibrio uicinis ſuis. Extuliſti in altū
dexterā hoſtiū illius, ut grauius feriant,
gaudio affeciſti quotquot malè uoluerūt
illi. Aciem enim gladij noſtri retudi-
ſti, nec proditurus uideris nobiſcū, ſicut
ſoles, in prælium. Obſcuraſti ſplendo-
rem illius, ſolium illius regiū in terram
uſq; detraxiſti. Breues feciſti dies ado
leſcentiæ ipſius, omni ex parte ignomi-
nia cooperuiſti illū. Ita factū eſt. Quo
uſq; tandem abſcōderis Domine? perpe
tuo ne? exardeſcet ne queādmodū ignis
ſolet furor tuus? Recordare ꝙ breuis,
& nihili ſit uita mea, an nō ex ipſa con
ditione mali ſatis habemus? qui uanitati
per

per totā uitam obnoxij, quotquot ſumus poſteri Adæ, abs te conditi ſumus. Nemo eſt enim, quantūuis ſit uir robuſtus, qui uicturus ſit expers mortis, & qui tutari uitam ſuā poterit contra uiolentiam ſepulchri. Vbi nunc ſunt ſuperiorū ſeculorū miſericordiæ tuæ Domine, quando iuramento obſtrinxiſti te Dauid, bona fide poſterorum illius curam te habiturū? Perpēde Domine q̄ contumelioſe tractantur ſerui tui, quodq́; cōcoquere cogar clàm & uelut in ſinu portare contumelias, quibus me afficiunt populi uarij & propemodū innumeri. Contumelioſi enim nō in nos ſolū ſunt, ſed et in ipſum te Domine. rident enim aſsidue nos, tanquā ſpei nobis nihil ſit reliquum in Chriſto tuo. Qualiſcunq; ſit ſtatus

rerum

rerum noſtrarum, Deus quod promiſit, non poterit non præſtare, quamuis moleſta ſit nobis mora: quare dignus eſt, q perpetuò laudetur ab omnib. Amē, Amē

Libri tertij finis.

Domine refugium. Pſal. 90

DOmine tu fuiſti nobis ſeculis ſuperioribus inſtar aſyli, ad quod tutiſsimè cōfugere licebat. Prius enim quàm mōtes producti eſſent, & facta terra, & in plagas habitatas diſtincta, tu ab æterno fueras teipſo potētiſsimus Deus. Deduces hominē uarijs miſerijs obnoxiū, quoad ſenio fractus fuerit: & dices tū, redite poſteri Adæ in terram unde prodijſtis. Mille ꝑfectò anni apud te & cū tua æternitate collati, ſunt tanꝗ dies heſternus qui præterijt: et tanꝗ

una ex nocturnis uigilijs, quæ nullũ relinquit poſt ſe ueſtigium. Velociſsimè properare annos hominũ iubes, et prius q̃ ad ad ſe reuerſus homo cogitet quid ſibi in uita acciderit, elapſos ſentiet illos ueluti ſomniũ quoddã: manè enim in initio uitæ tanquã herba quædã ſuccreſcet, et aliquid eſſe apparebit. Manè inquã uirebit, & aliquo uſq; ſuccreſcere uidebitur: ad ueſperã uerò ſuccidetur, & areſcet. Et tanquã non ſit in annis noſtris paucis mali ſatis, accedit ira tua quæ nõ ſinit uel per ſomniũ nos ſentire, qualecunque illud ſit, quod poſsit homini eſſe quoquo modo uoluptati: in metu enim cõſumpti ſunt anni noſtri: et q̃a uehemẽter nobis iraſci uidebaris, cõturbati ſumus, & inhorruimus. Collocaſti iniquitates

noſtras

noſtras è regiõe tibi, & peccata quæ nos pro occultis habuimus, & in adoleſcẽtia commiſimus, ipſa luce manifeſtiora ſunt in cõſpectu tuo. Quare dies noſtri elapſi ſunt uniuerſi te nobis irato, finiuimus annos noſtros dicto citius. Tẽpus enim uitæ noſtræ ſi fuerit ſeptuaginta annorum, aut ad ſummũ octoginta, bene actũ nobiſcũ putabimus: interim illi qui præcipui ſunt inter hos, & tanquã flos ipſe huius tam raræ ætatis, & moleſtijs et laborioſis miſerijs pleni abeũt uelociſsimè, & nos toti, uelut alis aſſumptis, auolamus. Quis uitare unq̃ nouit potentem irã tuam? maximè ſi à nobis exigas uenerationẽ maieſtati tuæ debitam, & ob eam non ſatis diligenter præſtitã, quantum res ipſa requirat, iraſci uolueris.

Nunc-

Numerare nos doce ad hunc modum pauciſsimos dies noſtros & ſemper habere paucitatē illorū in memoria, ut nihil nobis de hac uita magni promittētes, diuinæ ſapientiæ ſtudio animum intēdamus. Redi *ad ſolitam clementiam* Do*mine, an nondum ſatis in miſeros nos ſæuitum uidetur? miſereat tandem te ſeruorum tuorum.* Copio*ſe & citò ſummo mane benignitatis tuæ participes effice nos: ut ſaltem gaudere liceat & lætari paucis, qui reliqui ſunt, uitæ noſtræ diebus.* Affice *nos gaudio pro magnitudine malorum quæ diebus & annis ſuperioribus peſsima experti ſumus.*

Appareat *ſeruis tuis ſalutiferum illud redemptionis opus, & reconciliatio diuinæ maieſtatis tuæ nota fiat ſeruo-*

rum tuorum poſteris. Sic fias gratio-ſus & pulchre fauens nobis Dominus Deus noſter, ut quicquid facere tenta-uerimus, efficax fiat: efficax inquam fiat Domini beneficio quicquid mani-bus noſtris attrectauerimus.

Qui habitat. Pſal. 91

QVicunque committit ſe prote-ctioni altiſsimi, quantumuis oc-cultæ, illius tutelam ſuſcipiet omnipotens Deus & tutò uerſabitur in-ter pericula uitæ huius. Quare & ego perſuadere mihi audebo de Domi-no, quòd ſpes mea ipſe ſit, propugna-culum meum, & Deus meus: ego enim totum me curæ illius committam. Ipſe ergo curabit, ne incidas tu, quiſquis illi credis in ullum inſidiatoris laqueum,

tutum

tutum te reddet à peſte quantumuis peſtilente. Alis ſuis cooperiet te, & ſub pennis illius tutus eris: nullum ſcutum nec ullus clypeus præſtare hoc cuiquam poterit, quod ipſe ſua cura præſtabit. Protectione illius fiet, ne metuas, ut res ulla terrorem incutiat tibi noctu: neq; timeas, ſi quis iaculo te petat etiam medio die. A peſte, quæ clàm inuadere homines ſolet, & ab ea, quæ de improuiſo ſuborta ſæuiet, ſecurus eris.

Si prælium ingreſſus cũ hoſtibus manus cõſerueris, à latere ſiniſtro mille, & à dextro decẽ milia corruẽt, tu uerò incõmodi nihil accipies. Quin potius oculis tuis uidebis præliantẽ pro te Deum, & impios pœnas dare ſecurus aſpicies.

Meritò ergo oĩs fiducia mea ſita eſt in

te Domine: quiſquis igitur ſapis Dominum, qui eſt ſupra omnia, ueluti tutiſsimum aſylum ante oculos tibi propone.

Quod ſi feceris, auſim tibi polliceri, qui hæc ſcribo, non futurum ut ullum inopinatum malum te corripiat, uel ulla plaga familiam tuam infeſtet. Mandauit enim angelis ſuis curã tui, ut ſoliciti ſint pro te, quacunq; ieris. Manibus geſtabunt quoties periculum fuerit, ne uel leuiter in lapillum impingat pes tuus.

Per medios leones et ſerpentes iter facies ſecurus: & ſi inſurgere in te conentur, pedibus conculcabis proſtratũ leonẽ & draconem. Quia me amauit, ab omni malo immunẽ faciam illum: ſtabilẽ et incõcuſſum illũ reddam, ꝗ charũ illi fuerit nomen meũ. Implorabit auxiliũ meum

meum, & ego uotis illius reſpondebo, adero illi, ab omnibus periculis liberabo illum, & honoratum faciam. Longitudine dierum ſaturabo illum, oſtendam illi quib. modis beare ſoleã amicos meos.

Bonum eſt. Pſal. 92

A*Equum eſt cum gratiarum actione laudare dominũ, et cantare nomen tuum ó altiſsime. Commemorare ſummo mane clementiam & conſtantiã tuam noctibus ſingulis Idq; non uoce ſolum, ſed et muſicis inſtrumẽtis, decachordo, nablo & citharæ dulci modulatiõe. Delectaſti enim me Domine elegantiſsima hac operũ tuorũ uarietate: operibus, è quibus colligi facilè poteſt omnipotentia manus tuæ, oblectabo me. Quã ſuſpiciẽda ob magnitudinẽ sũt*

opera tua Domine:uehemēter profunda ſunt,& inſcrutabilia nobis conſilia tua. Vir ſtolidus nihil horū intelligit: neq; ſtultus cōſiderat in his naturæ miraculis omnipotētiā dei. Quòd uiuere uideātur impij ſicut gramē terræ,et florere plurimi hoīes ſcelerati; nō hoc fœlicitatis illorū putandū eſt,ſed dānationis perpetuæ argumentum. Tu aūt es excelſus ſuper omnes,eriſq; perpetuò Domine. Quare præter expectationē eueniet hoſtibus tuis Domine : præter expectationē , qui nunc florere uidētur, funditus peribunt: ſubuertent ſeſe ſceleribus ſuis, quotquot ſunt homines ſcelerati . Interim tu ſimile facies cornu meum cornu monocerotis: iam nūc perfuſus mihi uideor oleo fragrantiſſimo. Videbit enim oculus

meus

meus in meis, qualia quiſquam optaret in hoſtibus ſuis: & de inſurgentibus in me ſceleratis audient aures meæ. Iuſtus quemadmodum palma florebit, et ſicut cedrus in Libano in altũ ſuccreſcet.

Qui plantati ſunt in domo Domini, in atrijs Dei noſtri flores ſuos pferent pulcherrimos. Itaque fiet, ut ualentes ſint in ſenio, bene habiti & uirentes.

Vt palàm fiat æquum eſſe Dominum, qui inſtar rupis eſt mihi, et ab omni iniquitate quàm alieniſsimus.

Deus regnauit. Pſal. 93

Dominus regnãdi prouinciã ſuſcepit maieſtate undiq; conſpicuus: induit robur Dominus, quo natura, et à ſeipſo omnipotẽs eſt, quo et ſtabiliẽtur q terrã incolũt, ne ãplius uacillẽt.

Stabile eſt regnum ſolij tui, et fuit ante conſtitutionem mundi, et ab ipſa conſtitutiõe uſq; in perpetuũ ipſe ille, qui ſemper fuiſti, eris. Exaltauerunt flumina Domine, exaltauerunt flumina ſtrepitus ſuos: et exaltatura magis uidebãtur fluctus ſuos. Verũ Dominus cõpeſcuit eos omnipotẽtia ſua, aqs quantũ uis multis, imò et uaſtiſsimis fluctib: maris potẽtior eſt Dominus altiſsima quæq; poſsidẽs. Quæ pollicitus es, optima fide præſtita ſunt domui tuæ, quam eleganter exornaſti ſanctimonia Domine; quæ duratura eſt perpetuò.

Deus ultionum. Pſal. 94.

QVi poteſtatẽ habes ulciſcẽdi iniurias tuorũ Domine, qui poteſtatẽ inquã habes Deus conſpicuus appare

appare. Suſtollaris quæſumus in altũ, & ſoliũ tuũ conſcendas; qui iudex es uniuerſæ terræ, & redde, quod merẽtur, ſuperbis. Quouſq; impij Domine, quo uſq; impij exultabũt? Sceleratus illorũ animus erũpet in uerba, & loqui eos coget faſtuoſe, prædicabũt ſeſe, et ſua ſcelera iactabũt hoĩes hi peſtilentiſsimi & numero plurimi. Populũ tuũ Domine atterere conabũtur, & patrimoniũ tuũ affligent. Viduã et aduenã occidẽt, & interficient pupillos. Perſuadebũt ſibi nõ habiturũ te horũ rationem Domine, nec cõſideraturũ te, quũ Deus ſis Iacob.

Intelligite tãdẽ, qui beſtiis nõ multò e/ſtis præſtãtiores in populo, ſtolidi quãdo reſipiſcetis? Qui ueſtris capitib. affixit aures, et facultatẽ dedit audiendi, ſurdus

ne erit ille, nec audiet quicquam? & qui oculos uobis in fronte aptauit, expers ne eſſe poterit uidendi. Qui docet etiam ethnicos ſectari, qđ rectũ eſt, an nõ ſupplicium ſumet de nobis trãſgreſſoribus? ille inq̃, qui docet hoĩes prudentiã, et uelu ti inſculpſit animis illorũ, hæc relinquet inulta? Dominus nouit oĩa, quæ quiuis cogitat homo, q̃ uana ſint et inefficacia. Quare felix ille eſt uir, quem tu erudi re, & tua doctrina imbuere dignaberis, ſeruator omniũ domine. Præbebit enim illi requiẽ ea diſciplina tẽporib. periculo ſis, quoad impio fodiatur fouea, ex qua nunquã emerget. Nõ abijciet Dominus populũ ſuũ, neq; hæreditatẽ ſuam deſpiciet unquã. Futurũ eſt enim ut iuſtitia coniungatur cum iudicio, et iudices quod

iuſtum

iuſtum eſt iudicent, ſequanturq́; illud uni
uerſi, qui integro ſunt animo. Vtinam
exurgat quiſquam mecum aduerſus ho-
mines perditos, utinã ſe quiſquã mecum
opponat his ſceleratiſsimis hominibus.

Niſi dominus auxilio fuiſſet mihi, pe-
riiſſem: parũ enim abfuit, quin uita ſpoli
atus iacuerim in ſepulchro. Quoties
uidebatur pes meus uacillare, clementia
Domini robur addebat mihi, & ſtabilie
bat me. Pro multitudine triſtium co-
gitationum mearũ, quibus intra me cru
ciabatur animus meus, conſolationes
tuæ uiciſsim exhilarabant eum.

Nunquid cõmune tibi quicq̃ erit cum
ſolio et poteſtate tyrãni, qui ſtruit calũ-
niã inſontib. idq́; ſuo more, et tãta calli-
ditate, ut legitime illud facere uideatur?

Ipſi congregabunt ſatellites in perniciem iuſti, hominem innoxiũ impietatis damnabunt. Verum Dominus erit meus protector, & Deus meus inſtar munitæ arcis, quæ in altiſsima rupe extructa eſt. Et retorquebit in illos iniquitatem, qua oppreſſerũt alios ipſi: & quẽadmodũ meretur ſcelerata uita illorũ, ſubuertet eos funditus, ſubuertet inquam eos ipſe Dominus Deus noſter.

Venite exulte. Pſal. 95

EIa exultemus nos Dominum habere propitium, iubilemus ipſum nobis uelutirupem factũ inacceſſam hoſtibus noſtris, & autorẽ ſalutis. Ante oĩa hoc agamus, ut placido uultu reſpiciat nos, pſalmis iubilemus in honorem ipſius. Deus enim magnus eſt

Dominus

Dominus, & rex magnus præ omnibus dijs. In cuius poteſtate ſunt fundamenta terræ, & cacumina montium ab ipſo habent quod ſunt. Cuius eſt mare, ipſe enim fecit illud, et terrã iuſſit extare omnipotentia ſua extra mare. Eia uenite igitur ut unà adoremus, & ſupplices efficiamur, & genua flectamus ante dominũ autorẽ uitæ et ſalutis noſtræ. Ipſe enim Deus eſt noſter, nos aũt populus, qui pabulo ipſius uictitamus, & ueluti grex ouiũ curæ et omnipotẽtiæ illius cõmiſsi: hodie igitur ſi uoci eius auſcultaueritis, et agere prudẽter uolueritis. Nõ obdurabitis cor ueſtrũ, ſicut olim tẽpore cõtentionis in deſerto obmurmurauerũt cõtra me: & periculum fecerunt, tam ne potens eſſem Deus, ut libidini eorũ ſatis

facere

facere poſſem. Ibi enim tentauerunt patres ueſtri, an poſſem ſuppeditare illis, quib. opus habebant: explorare conati ſunt, quantũ poſſem ego, quãuis uidiſsẽt opera plurima diuinitatis meæ argumenta maniſeſtiſsima. Quadraginta annis uelut lis mihi fuit cum illo hominum genere, & dixi aſsiduè, populus hic deſipit manifeſtè, et aberrat turpiſsimè: uerùm ipſis nihil eorum quæ ego dicebam, curæ erat. Quare cũ finẽ inſaniendi non facerent, iuraui iratus, me nõ introducturum illos in locum illũ quietiſsimum, in quem perducere decreueram.

heb. c 4 nº 11

Cantate Dño. Pſal. 96

CAntate Dominũ carmine nouo, cantate Dominũ quotquot incolitis terrã. Cantate Dominũ, et cele-

celebrate nomē eius, prædicate de die in diē ſalutē qua ſeruati eſtis beneficio ipſius. Narrate exteris nationib. maieſtatem ipſius, uniuerſis q uſquā habitāt populis ſtupēda opera illius. Magnus eſt enim dominus, et omni laude maior: metuēdus etiā illis omnib. qui uſquā habentur pro dijs. Omnia enim quæ reliquæ natiōes habēt pro dijs, nihil ſunt: Dominus aūt eſt, qui cœlos fecit. Quicqd uſquam eſt magnificū et decorū, eſt in conſpectu illius: potētia & ingens gloria illius relucet in ipſis cœlis, quos ſibi pro habitaculo peculiarius delegit. Quare tribuite Domino quotquot eſtis familiæ populorum, tribuite, inquam, Domino maieſtatem & omnipotentiam.

Tribuite Domino eam maieſtatem,

*quæ reſpõdet nomini ipſius: arripite mu
nera, et properate ad atria ipſius.* Pro
ſternite uos ante Dominũ, *ueneraturi ma
gnificè ſanctã maieſtatẽ illius: metuite
ab ipſo quotquot habitatis in terra.*

Narrate *exteris natiõibus*, Dominũ *ſu
ſcepiſſe regnãdi prouinciã: quare ſtabili
etur orbis, nec uacillabit amplius.* Læ
*tabitur cœlũ, & exultabit terra, exiliet
præ lætitia mare cũ omnibus quæ in ipſo
ſunt.* Exultabunt *campi, gaudebunt
arbores uniuerſæ in ſyluis ipſis.* Pro=
pter Dominum *quòd aduenerit, quòd ad
uenerit inquam iudex futurus ipſius ter=
ræ: iudicabit enim orbem terræ ſecũdum
iuſtitiam, & populos optima
fide gubernabit.*

Dn̄s regnauit. Pſal. 97

DOminus regni gubernacula ſuſci
pere dignatus eſt, exultet terra,
gaudeant inſulæ numero pluri-
mæ. Nubes & caligo circa illū in ter-
rorē malorūiuſtitia aūt & æquitas fir-
mamentū ſunt throni ipſius. Ignis ip-
ſum præcedet, & flamma undiq; uaſta-
bit hoſtes illius. Lucere facient fulgu-
ra eius orbem, ſenſit & expauit præ ful
gurum multitudine ipſa terra. Montes
tanquam cera ſoluti ſunt, & præ metu
apud ſe non fuerunt propter præſentiam
Domini, præſentiā inquā Domini uni-
uerſæ terræ. Teſtati ſunt cœli iuſtitiam
illius, & uiderūt uniuerſi populi maieſta
tem illius. Pudefiant quotquot colunt
ſculptile, qui placēt ſibi cultu rerū nihili:

quin potius ipſi proſternite uos ante illum, quotquot eſtis uſquam, qui pro dijs hominum ſtultitia habemini. Audiuit & gauiſa eſt Sion, & exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua, qui impios terroribus exanimas, & pios exhilaras Domine. Tu certè ſupra uniuerſam es terrã, & poteſtatẽ habes in omnia infinitis modis: ob hæc miracula prælatus es alijs uniuerſis dijs. Qui amatis Dominũ, odio habete malitiã: ipſe eſt enim qui animas ſanctorum ſuorum cuſtodit, & à tyrannide impiorum eripiet illos. Lux orta eſt iuſto, & animo candidis lætitia. Gaudete iuſti, uos Dominũ habere propitium, & gratias agite cũ ueneratione ſanctiſsimæ maieſtati illius.

Cantate Domino. Pſal. 98

PSALMVS XCVIII

CAntate Dominum nouo carminis genere: ipſe enim præbet argumenta ſcribendi noua plurima: admiranda nãq; ſunt, quæ iam recẽs deſignauit: uictoriam enim peperit ſibi ſua ipſius dextera manu, & brachio ſanctiſsimæ maieſtatis ſuæ. Sic egit domin9 cũ ſuis, ut notũ eſſet omnib. uictoriã illã ſalutiferã eſſe ab illo; palàm enim uidẽtib. ethnicis argumẽta reddidit iuſtitiæ ſuæ. Memor factus eſt miſericordiæ ſuæ, & fidei in præſtãdis quæ ꝓmiſerat Iſraeli: uiderũt quotquot habitãt usq̃ in ullis angulis terræ eã ſalutẽ, cuius autor nobis fuit ipſe noſter Deus. Iubilate in honorẽ domini, quotquot habitatis in terra: ſublata uoce canite, exultate et pſallite. Pſallite in honorẽ domini cithara, ſed adhibita

ad citharã modulatione uocis. Sonate *taratantaris, & clangite tuba, iubilate, quantum poteſtis, propter aduentũ inſignis huius regis, qui dominus eſt omniũ.* Strepitũ *edat præ gaudio mare, & piſciũ multitudo innumera, orbis totus cũ his q̃ degũt in eoexultet.* Flnmina *iũctis manibus gaudia ſua teſtentur, unanimiter montes exultent.* Idq́; propter Do[illegible] [illegible] *uenerit* prouinciã ſuſce[illegible] [illegible] *terram;* iudicabit orbẽ [illegible] *iuſtitiam, &* populos [illegible] *ſumma.*

[illegible] *nus* regnabit. Pſal. 99.

[illegible] *Via* Dominus [illegible]

Q*adminiſtra*[illegible] *ent* *populi* [illegible], *qui* [illegible] *ſuper Che*[illegible] *re*[illegible] [illegible] *enter.*

uerēter attoniti fient habitatores terræ.
Dominus in Sion magnus, & pro om
nipotente agnitus ab uniuerſis populis.
Fatebuntur nomen tuū magnū eſſe, &
metuendū, & ſanctiſsimè auguſtum.
Quamuis potens ſit Dominus, nō tyran
nidē exercebit, ſed æquitatē, cuius aman
tiſsimus eſt: tu enim Domine guberna=
bis omnia cū æquitate ſumma: iudicium
enim & iuſtitiā in poſteris Iacob exer=
cuiſti ſemper. Exaltate Dominū Deū
noſtrū, & proſternite uos ad ſcabellum
pedū ipſius: eſt enim ipſe dignus eo ho=
nore, cum ſit ſanctiſsimus. Moyſes &
Aaron [illegible] & ſacerdotes eius, & Samuel
[illegible] nume[illegible] orū qui inuocabant nomen ip
[illegible] qu[illegible] ſemper exaudiebat, quādo eius
[illegible] ilū [illegible] plorabāt. Ex nube, quæ for=

nam columnæ habebat, ſequebatur cum eis: paruerunt admonitionibus ipſius, & pactum inijt cum eis. Domine Deus no *ſter, tu exaudiebas eos:* Deus *licet potẽs ſis, clemens tamen fuiſti ad preces illorũ in alios, etiam eo momento, quo ulciſcebaris ea quæ aduerſum te ſtultè commenti fuerant.* Extollite Dominum Deum *noſtrum, & proſtrati cõuertite uos uenerabundos ad cœleſtem illum montem, in quo maieſtas illius ſancta peculiariter apparet: eſt enim ſanctiſsimus* Dominus Deus *noſter.*

Iubilate Deo. Pſal. 100

IVbilate *in honorem* Domini *quotquot in terra uerſamini.* Colite Dominum *lætitia: uenite in conſpectum ipſius*

ipſius cum exultatione. Agnoſcite Dominum eſſe illũ Deum, qui fecit nos: neq; enim ipſi fecimus nos, ſed populus eius ſumus, & grex, quem ipſe paſcit aſſiduè. Intrate per portas illius gratias acturi pro acceptis ab eo innumeris beneficijs, & per atria cantaturi laudes illius: laudate illum, & celebrate laudibus nomen illius. Benignus eſt enim dominus, & infinitæ miſericordiæ, & in ſeruandis promiſsis conſtantiſsimus, nõ uni generationi tantum, ſed omnibus.

Miſericordiam &c. Pſal. 101

Miſericordiam & æquitatẽ carminibus celebrabo: maximè autem te Dominũ uirtutis omnis largitorẽ pſalmis efferã, quantũ potero.

Ego quidẽ pro uiribus operam dabo, ut familiam honeſtè inſtituã, & integritatis morũ ſtudioſus ero, ſed conatus mei irriti fient, niſi tu adiuueris, quod quãdo fiet tandem? à te enim adiutus cõſtanter uerſabor, pro puritate cordis mei, in administratione domus meæ. Nunquam mihi imitandam propoſui rem ullam iniquam: hominem ſuperbum ſemper odio habui, nec unquam familiaris fiet mihi. Qui animũ ſuum ſtudio deprauat, is procul recedere cogetur à me: uirũ ſceleratũ inter notos & amicos habiturus nõ ſum. Qui loquitur clanculũ in perniciem ſocij ſui, nihil mali ſuſpicantis, illum ſubuertã funditus: elatum oculis, & animo arrogãti, ferre nequaquã potero.

Oculi mei obſeruant illos, qui bona

fide

fide uerſantur in terra, ut illos adiungā mihi, & ſedeant iuxta me: qui integræ fuerit uitæ, ille miniſtrabit mihi. Non *feram ut habitet quiſquam in ædib. meis fraudulentus, neq; is qui mendacijs aſſue uit, durabit apud me.* Sūmo *mane ſub=uertam impios exleges, qui plurimi uer=ſantur in terra, ut exterminentur è ciui=tate domini uniuerſi ſcelerū patratores.*

Domine exaudi. Pſal. 102

D*Omine audi precationē meam, & clamor meus admittatur uſq; ad te.* Ne *abſcōdas faciē tuam à me hoc maximè tempore, quo calami=tas premit me: præbe quæſo aures tuas mihi cum clamauero, & uotis meis citò responde.* Cōſumpti *enim ſunt ueluti fumus citò euaneſcens dies uitæ meæ, &*

oſſa mea tanquam focus, aſsiduo ardo-re exiccata ſunt. Simile fœno, quod amputatum ardore ſolis exiccatur, eſt cor meum: & oblitus ſum præ nimia ca-lamitate ſumere cibum mihi. Præ cla-moſo gemitu factum eſt, ut uix hæreat oſsibus pellis mea. Similis factus ſum pellicano, qui in auijs & deſertis habi-tat locis, & nycticoraci conſortia reli-quarum auium fugienti. Præ ſolici-tudine ſomnum non indulſi oculis meis, & ſimilis mihi eſſe uidebar paſſeri mœ-ſto; qui ſolus in foramine deſidet ſub te-cto: Inceſſanter per totum diem con-tumelia afficiunt me inimici mei: & qui inſultant mihi, in perniciem meam con iurauerunt. Quare cibus meus non ſapuit magis mihi, quàm ſi cinerem co-

mediſſem

medißem, & potui meo lachrymas admiſcui, non temperans me à fletu.

Propterea quòd iratum te ſciebam mihi, & grauiter offenſum, uideris extuliſſe me in altum, ut grauius corruere faceres me. Dies mei ſimiles ſunt umbræ, quæ aſsiduè fit maior, & tenebris propinquior: ego enim non aliter quàm fœnum breuiſsimè exareſcam.

Verum tu Domine perpetuò uelutì ſecurus, & nihil immutatus permanebis, nec memoria tui ulla unquam generatione abolebitur. Tu tandem, certò ſcio, exurges, ut miſerearis Sion: & tempus illud redemptionis appetere uidetur iam nunc. Profectò ſerui tui iam pridem deſiderio tenentur uidendorum lapidum eius: & quantumuis

miſera

quæ reſpōdet nomini ipſius: arripite mu nera, et properate ad atria ipſius. Pro *ſternite uos ante* Dominū, *ueneraturi ma gnifice ſanctā maieſtatē illius: metuite ab ipſo quotquot habitatis in terra.*
Narrate exteris natiōibus, Dominū *ſu ſcepiſſe regnādi prouinciā: quare ſtabili etur orbis, nec uacillabit amplius.* Læ*tabitur cœlū, & exultabit terra, exiliet præ lætitia mare cū omnibus quæ in ipſo ſunt.* Exul*tabunt campi, gaudebunt arbores uniuerſæ in ſyluis ipſis.* Pro*pter* Dominum *quod aduenerit, quod ad uenerit inquam iudex futurus ipſius terræ: iudicabit enim orbem terræ ſecūdum iuſtitiam, & populos optima fide gubernabit.*

Dn̄s regnauit. Pſal. 97

DOminus regni gubernacula ſuſcipere dignatus eſt, exultet terra, gaudeant inſulæ numero plurimæ. Nubes *& caligo circa illū in terrorē malorū: iuſtitia aūt & æquitas firmamentū ſunt throni ipſius.* Ignis *ipſum præcedet, & flamma undiq; uaſtabit hoſtes illius.* Lucere *facient fulgura eius orbem, ſenſit & expauit præ fulgurum multitudine ipſa terra.* Montes *tanquam cera ſoluti ſunt, & præ metu apud ſe non fuerunt propter præſentiam* Domini, *præſentiā inquā* Domini *uniuerſæ terræ.* Teſtati *ſunt cœli iuſtitiam illius, & uiderūt uniuerſi populi maieſtatem illius.* Pudefiant *quotquot colunt ſculptile, qui placēt ſibi cultu rerū nihili:*

quin potius ipſi proſternite uos ante il-lum, quotquot eſtis uſquam, qui pro dijs hominum ſtultitia habemini. Audiuit & gauiſa eſt Sion, & exultauerunt fi-liæ Iudæ, propter iudicia tua, qui impios terroribus exanimas, & pios exhilaras Domine. Tu certè ſupra uniuerſam es terrã, & poteſtatẽ habes in omnia infi-nitis modis: ob hæc miracula prælatus es alijs uniuerſis dijs. Qui amatis Do-minũ, odio habete malitiã: ipſe eſt enim qui animas ſanctorum ſuorum cuſtodit, & à tyrannide impiorum eripiet illos.

Lux orta eſt iuſto, & animo candidis lætitia. Gaudete iuſti, uos Dominũ ha-bere propitium, & gratias agite cũ ue-neratione ſanctiſsimæ maieſtati illius.

Cantate Domino. Pſal. 98

Cantate

CAntate Dominum nouo carmi-
nis genere: ipſe enim præbet ar
gumenta ſcribendi noua pluri-
ma: admiranda nãq; ſunt, quæ iam recẽs
deſignauit: uictoriam enim peperit ſibi
ſua ipſius dextera manu, & brachio ſan
ctiſsimæ maieſtatis ſuæ. Sic egit domin⁹
cũ ſuis, ut notũ eſſet omnib. uictoriã illã
ſalutiferã eſſe ab illo; palàm enim uidẽtib.
ethnicis argumẽta reddidit iuſtitiæ ſuæ.
Memor factus eſt miſericordiæ ſuæ, &
fidei in præſtãdis quæ ꝓmiſerat Iſraeli: ui
derũt quotquot habitãt usq; in ullis angu
lis terræ eã ſalutẽ, cuius autor nobis fuit
ipſe noſter Deus. Iubilate in honorẽ do
mini, quotquot habitatis in terra: ſubla-
ta uoce canite, exultate et pſallite. Pſalli
te in honorẽ domini cithara, ſed adhibita

 ad

ad citharã modulatione uocis. Sonate *taratantaris, & clangite tuba, iubilate, quantum poteſtis, propter aduentũ inſignis huius regis, qui dominus eſt omniũ.*
Strepitũ *edat præ gaudio mare, & piſciũ multitudo innumera, orbis totus cũ his q̃ degũt in eo exultet.* Flumina *iũctis manibus gaudia ſua teſtentur, unanimiter montes exultent.* Idq́; propter Dominũ, ꝙ *ipſe aduenerit prouinciã ſuſcepturus iudicandi terram; iudicabit orbẽ terræ ſecundum iuſtitiam, & populos cum æquitate ſumma.*

Dominus regnabit. Pſal. 99

QVia Dominus *aduenit regnum adminiſtraturus, contremiſcent populi;* Ille *inquã* Dominus, *qui ſedet ſuper* Cherubin, *aduenit; quare re-*

uerenter.

uerēter attoniti fient habitatores terræ. Dominus in Sion magnus, & pro omnipotente agnitus ab uniuerſis populis. Fatebuntur nomen tuū magnū eſſe, & metuendū, & ſanctiſsimè auguſtum. Quamuis potens ſit Dominus, nō tyrannidē exercebit, ſed æquitatē, cuius amantiſsimus eſt: tu enim Domine gubernabis omnia cū æquitate ſumma: iudicium enim & iuſtitiā in poſteris Iacob exercuiſti ſemper. Exaltate Dominū Deū noſtrū, & proſternite uos ad ſcabellum pedū ipſius: eſt enim ipſe dignus eo honore, cum ſit ſanctiſsimus. Moyſes & Aaron inter ſacerdotes eius, & Samuel è numero eorū qui inuocabant nomen ipſius: quos ſemper exaudiebat, quādo eius auxiliū implorabāt. Ex nube, quæ for=

nam columnæ habebat, ſequebatur cum eis: paruerunt admonitionibus ipſius, & pactum iniјt cum eis. Domine Deus noſter, *tu exaudiebas eos:* Deus *licet potēs ſis, clemens tamen fuiſti ad preces illorū in alios, etiam eo momento, quo ulciſcebaris ea quæ aduerſum te ſtultè commenti fuerant.* Extollite Dominum Deum *noſtrum, & proſtrati cōuertite uos uenerabundos ad cœleſtem illum montem, in quo maieſtas illius ſancta peculiariter apparet: eſt enim ſanctiſsimus* Dominus Deus *noſter.*

Iubilate Deo. Pſal. 100

I*Vbilate in honorem* Domini *quotquot in terra uerſamini.* Colite Dominum *lætitia: uenite in conſpectum*

ipſius

ipſius cum exultatione. Agnoſcite Do*minum eſſe illũ* Deum, *qui fecit nos: neq; enim ipſi fecimus nos, ſed populus eius ſumus, & grex, quem ipſe paſcit aſſiduè.*

Intrate *per portas illius gratias acturi pro acceptis ab eo innumeris beneficijs, & per atria cantaturi laudes illius: laudate illum, & celebrate laudibus nomen illius.* Benignus *eſt enim dominus, & infinitæ miſericordiæ, & in ſeruandis promiſsis conſtantiſsimus, nõ uni generationi tantum, ſed omnibus.*

Miſericordiam &c. Pſal. 101

M*iſericordiam & æquitatẽ carminibus celebrabo: maximè autem te* Dominũ *uirtutis omnis largitorẽ pſalmis efferã, quantũ potero.*

Ego quidē pro uiribus operam dabo, ut familiam honeſtè inſtituā, & integritatis morū ſtudioſus ero, ſed conatus mei irriti fient, niſi tu adiuueris, quod quādo fiet tandem? à te enim adiutus cōſtanter uerſabor, pro puritate cordis mei, in administratione domus meæ. Nunquam mihi imitandam propoſui rem ullam iniquam: hominem ſuperbum ſemper odio habui, nec unquam familiaris fiet mihi.

Qui animū ſuum ſtudio deprauat, is procul recedere cogetur à me: uirū ſceleratū inter notos & amicos habiturus nō ſum. Qui loquitur clanculū in perniciem ſocij ſui, nihil mali ſuſpicantis, illum ſubuertā funditus: elatum oculis, & animo arrogāti, ferre nequaquā potero.

Oculi mei obſeruant illos, qui bona

fide

fide uerſantur in terra, ut illos adiungã mihi, & ſedeant iuxta me: qui integræ fuerit uitæ, ille miniſtrabit mihi. Non *feram ut habitet quiſquam in ædib. meis fraudulentus, neq; is qui mendacijs aſſue uit, durabit apud me.* Sũmo *mane ſub= uertam impios exleges, qui plurimi uer= ſantur in terra, ut exterminentur è ciui= tate domini uniuerſi ſcelerũ patratores.*

Domine exaudi. Pſal. 102.

D*Omine audi precationẽ meam, & clamor meus admittatur uſq; ad te.* Ne *abſcõdas faciẽ tuam à me hoc maximè tempore, quo calami= tas premit me: præbe quæſo aures tuas mihi cum clamauero, & uotis meis citò reſponde.* Cõ*ſumpti enim ſunt ueluti fumus citò euaneſcens dies uitæ meæ, &*

*oſſa mea tanquam focus, aſsiduo ardo-
re exiccata ſunt. Simile fœno, quod
amputatum ardore ſolis exiccatur, eſt
cor meum: & oblitus ſum præ nimia ca-
lamitate ſumere cibum mihi. Præ cla
moſo gemitu factum eſt, ut uix hæreat
oſsibus pellis mea. Similis factus ſum
pellicano, qui in auijs & deſertis habi-
tat locis, & nycticoraci conſortia reli-
quarum auium fugienti. Præ ſolici-
tudine ſomnum non indulſi oculis meis,
& ſimilis mihi eſſe uidebar paſſeri mœ
ſto; qui ſolus in foramine deſidet ſub te-
cto: Inceſſanter per totum diem con-
tumelia afficiunt me inimici mei: & qui
inſultant mihi, in perniciem meam con
iurauerunt. Quare cibus meus non
ſapuit magis mihi, quàm ſi cinerem co-
medißem*

*mediſſem, & potui meo lachrymas ad-
miſcui, non temperans me à fletu.*

*Propterea quòd iratum te ſciebam mi-
hi, & grauiter offenſum, uideris ex-
tuliſſe me in altum, ut grauius corrue-
re faceres me. Dies mei ſimiles ſunt
umbræ, quæ aſsiduè fit maior, & tene-
bris propinquior: ego enim non aliter
quàm fœnum breuiſsimè exareſcam.*

*Verum tu Domine perpetuò ueluti
ſecurus, & nihil immutatus permane-
bis, nec memoria tui ulla unquam ge-
neratione abolebitur. Tu tandem, cer-
tò ſcio, exurges, ut miſerearis Sion: &
tempus illud redemptionis appetere ui-
detur iam nunc. Profectò ſerui tui
iam pridem deſiderio tenentur uiden-
dorum lapidum eius: & quantumuis*

miſera

miſera ſit facies, piè tamen erga rudera eius affecti ſuccurrere cupiunt. Tum timebunt gentes nomẽ Domini, quæ nũc inſultant nobis: & quotquot ſunt reges in tota terra, uenerabuntur maieſtatẽ illius. Vbi reædificauerit Dominus Siõ, conſpicuus apparebit maieſtate ſua.

Conuertit ad ſe precationem propter cauſas iuſtiſsimas dolẽtis: neq; enim fieri poterit, ut contemnat preces eorũ qui ſe conuertunt ex animo ad illum. Scribatur hoc propter poſteros, ut populus qui naſcetur, laudet ſeruatorem Dominum. Dignatus eſt enim reſpicere nos è ſummo loco, Dominus è cœlis in ipſam uſq; terram proſpexit. Vt audiat gemitum eius qui uinctus detinetur: ut liberet à uinculis eos qui morti fuerãt de-

ſtinati

ſtinati. Vt habeant occaſionem cõmemorandi in Sion nomen Domini, & laudes illius in Hieruſalem. Quod fiet, quum ſimul collecti fuerint populi, & facti concordes, & unanimiter regna cultum Domini receperint. Interim non ceſſauit auertere, quocũq; me uerterem, uires meas, & abbreuiare dies meos.

Quare dicam, mi Deus ne me hinc ſuſtuleris dimidio dierum meorum, quum pauciſsimi ſint, & anni tui nunquam ulla generatione finem ſint habituri. Tu eras priuſquàm terræ fundamenta iacerentur, & cœli ipſi opus ſunt manuum tuarum. Ipſi interibunt, tu uerò ſtabilis perſiſtes, & alia omnia, quemadmodum ueſtis, atterentur, & ueluti palliũ mutabis ea, & tuo imperio cedere cogentur.

gentur. Tu uerò ipſiſsimus ille es, qui ſemper fuiſti, & anni tui fine carebunt. Filij ſeruorum tuorum ſecurè habitabunt, & illorum filiorum filij timore tuo in officio continebuntur.

Benedic anima mea Dño. Pſal. 103

GRatias age anima mea Domino: & quicquid eſt uirium intra me, nunquam ceſſet laudare ſanctiſsimum nomen eius. Gratias age anima mea Domino, nec ſinas unquam excidere memoriæ tuæ illa tam uaria, quæ in te contulit beneficia. Gratias inquam age ei, qui remittit omnem iniquitatem tuam, quantumuis uaria ſit, & ſanat omnem ægritudinem tuam.

Qui

Qui redimit ab interitu, cui deſtinata fuerat, uitam tuam: qui coronat te, & ueluti regem facit benignitatis in te, & pietatis officijs. Qui quantum boni os tuum appetere poteſt, abundè ſuppeditat tibi, cuius beneficio, quemadmodum aquila, quæ roſtrum ob uetuſtatem nimis aduncum abijcit, & iuuentam recipit, tu quoque ob peccatum ſqualida, & ſeneſcens florem iuuentutis recipies. Iuſta ſunt quæcunque facit Dominus, nec ſine ſummo iudicio premi ad tempus ſinet iuſtos plurimos: nouit enim ipſe eiuſmodi mala bonis alijs, longè melioribus, quàm mala illa erant, compenſare. Ipſe docuit Moyſen præcepta uiuendi rectè, & Iſraelitis conſilia ſua cõcredidit. Benignus & miſericors

eſt Dominus, & ab ira quàm alieniſsi-
mus: ad beneficentiam uerò ſuprà quàm
dici poteſt propenſus. Quamuis ini-
micitiæ inter nos & illum ſint, non ta-
men futuræ ſunt perpetuæ: neq; memo-
riâ retinebit perpetuò iniurias, quibus il
lum affecimus. Nec enim afflixit nos
unquam pro magnitudine peccatorum
noſtrorum, neq; pro ſcelerum noſtrorũ
multitudine pœnas unquã ſumpſit de no-
bis. Quamuis enim maxima ſit cœli
à terra diſtantia, maior tamen eſt mul-
to benignitas eius in illos qui eum reue-
rentur, etiamſi peccent in eum ſubinde.
Longius q̃ abeſt Oriens ab Occidẽte,
amouit à nobis ſcelera noſtra. Sicut pa
ter obliuiſci nõ poteſt affectus paterni,
ſed miſeret illũ filij, etiã dũ flagellat ip-
ſum.

ſum: ita Dominus nunq̃ deſinet eſſe miſe-
ricors in eos, qui reuerentur illum. I-
pſe enim nouit ſtulta deſideria noſtra: et
in memoria habet, quod puluis ſimus om
nes nos. Homuncio miſerabilis fœno
in uita ſua ſimilis eſt, & nõ aliter, quàm
floſculus aliquis ad tempus florebit.

Qui ubi uento aliquanto duriore at-
tactus fuerit, emarceſcet, & auelletur à
loco ſuo: nec locus ille magis agnoſcet i-
pſum poſtea, quàm ſi nunquàm floruiſſet
ibi. Benignitas autem Domini ab æter
no fuit, & in æternum durabit erga eos,
qui reuerenter colunt illum: & iuſtitiam
eius experientur, non ſolùm ipſi qui co-
lunt illum, ſed filij ipſorũ & filiorum fi-
lij. Comitabitur eos iuſtitia Domini,
ut ſeruent pactũ initum cum ipſo: & ſic

memores ſint mādatorum ipſius, ut opere compleant illa. Dominus *in cœlo firmauit ſolium ſuum, & poteſtas eius regia ad omnia ſe extendit.* Quare *cum gratiarum actione laudate illum angeli ipſius, quotquot militatis ſub ipſo, qui præditi uirib. exequimini mādata ipſius, & cogitis cūcta obedire uoci, & imperio ipſius.* Cū *gratiarū actione laudate illū, quotquot militatis ſub illo ſatellites illius, qui exequimini quæcunq; fieri uult ille.* Laudate Dominū *uniuerſa opera ipſius, quæcūq; uſquā eſtis ullo loco: omnia enim ſubiecta ſunt imperio illius: lauda & tu anima mea* Dominum.

Benedic anima. Pſal. 104

L*Auda anima mea* Dominū, Domi*ne mi* Deus, *magnus factus es ſupra*

pra modum: & tanquã maieſtate & gloria indutus exornatus es undiq;. Induit lumen tanquã ueſtimentũ, extendit cœlum tanquam tentoriũ. Qui tegit aquis ſupremas partes illius, qui utitur nubib. pro uehiculo, uolat uelocius quàm ſi alas haberet ex uento. Cuius iuſſu nunc huc, nunc illuc flant uenti, & tanquã miniſtri obſequuntur Domino ſuo, nec aliter quàm miniſtri quocũq; ille uoluerit, pergunt ignita fulgura. Fũdauit ſuper baſes ſuas terrã, quare non mouebitur loco unquam ullo tempore.

Profundiſsimis aquis ueluti ueſtimento cooperuit eã: ſupra montes, ſi iuſſerit ille, ſtabũt aquæ. Si increpaueris eas, ſentiẽt irã tuã, & fugiẽt quocũq; uolueris, & attonitæ ꝓpter uocẽ, quæ tonitru

ſimilis eſt,feſtinabunt. In altum extol-
lent ſeſe montes,& ſubſident ualles : u-
num quodque eo ſe continebit loco quem
tu deſignaueris illi. Terminū ſtatui-
ſti aquis,quē non tranſgredientur,nec un=
quam ſine iuſſu tuo tentabunt cooperire
terram. Qui deducit fontes in fluuios,
qui deinde inter altiſsimos montes de-
fluent rapidiſsimè. Potabunt ex eis o-
mnis generis animalia quæ in agris de-
gunt, ſedabūt onagri ſitim ſuam ex illis.
Supra fluuios ipſos, aues quæ in aere
uolitant, nidulabuntur, ex medijs arbo=
rū ramis cantillabunt. Humectat mon
tes ex nubibus, quas in aere uelut editiſ-
ſimo loco ſuſpendit : ex abundantia fru-
gum, quæ opera ſua prouenient, ſatura-
buntur, quæcunq; degunt in terra.

Proue-

Prouenire facit ſua ſponte fœnum in uſum brutorum animantiũ, & ad culturam hominis, reliquam ſegetem, ut accipiat cibum ſibi, quem terra produxit.

Prouenire facit & uinum, quod exhilaret cor hominis uarijs miſerijs obnoxij: oleum præterea, quò hilarior reddatur uultus illius, & panem, qui cor hominis confirmet. Humoris ſumma copia ſuppeditabitur arboribus maximis: et cedris quæ proueniunt in Libano tam altè, ut ipſe uideri poſsit plantaſſe illas.

In quibus nidulantur paſſeres, ciconia nidum ſuum ponit in abiete. Montibus excelſis gaudent cerui: ad rupes confugiunt erinacij. Fecit lunam certis modis, & temporibus mutabilem: ſol nouit tempus occaſus ſui, abſq; tali, qua

luna uariatur, uariatione. Poſt ſolis occaſum induces tu Domine tenebras; et ſequetur nox, in ea proferēt ſeſe animalia, quæ per diem in ſyluis hominum cauſa latuerant. Catuli leonum rugientes ad prædam ſeſe tum accingent, ut impetrent ab omnipotenti Deo cibum, quo indiget natura illorum. Iterum exorietur ſol, et rurſum recipient ſe turmatim in antra ſua, ut cubent per diem.

Cubantibus illis, homines qui per noctem quieuerant, egredientur ad perficienda opera ſua, & ad culturā agrorū ſuorum uſq; ad ueſperam. Quàm eleganti ſunt uarietate diſtincta opera tua Domine: nihil non ſumma ſapientia condidiſti, plena eſt terra uarijs poſſeſsionibus tuis. Et hoc ingens mare, cuius

littora tanto à ſe mutuo diſtant ſpacio, innumerabilem habet piſcium & alio- rum quæ degunt in eo, multitudinem.

Per ipſum tranſeunt naues, & ipſi ce to eas uires tribuiſti, ut ridere audeat, et contemnere reliqua, quæ degunt in mari omnia. Hæc omnia expectant te, ut tu des illis cibum naturæ cuiuſq; illorũ conuenientem, idq́; tempore opportuno.

Vbi tu illis ſuppeditaueris, colligent: ubi manum tuam aperueris, ad ſaturitatem uſq; implebuntur cibo pro natura uniuſcuiuſq; optimo. Si uerò iratus auerteris faciem tuã ab eis, continuò turbabuntur: & ſi ſpiraculo illo uitæ, quod inſufflaſti, ſpoliaueris ea, interibũt, & in terrã, unde ſumpta fuerant, reſoluentur.

Iterum inſufflabis ſpiritum tuum in

eandem terram, & creabuntur alia in locum illorum, quæ interierunt, & innouabis ſuperficiem terræ. Durabit autem maieſtas Domini perpetuò, oble-ctabit ſe Dominus hac operum ſuorum uarietate. Illius maieſtas erit perpetua, qui ubi terram ipſam uel ſemel aſpexerit, continuò contremiſcet: & ſi uel leuiter montes attigerit, præ metu fumabunt. Quare Dominum cantabo per omnem uitam meam, pſalmis celebrabo Deum, quoad uixero. Grata ſit illi cantio mea, ut gaudere liceat mihi, quòd habeam propitium Dominum. Extirpabuntur ſcelerati ex ipſa terra, & impij, quoad nullus ſit reliquus: tu uerò lauda Dominum ò anima.

Halleluia.

Confi-

Confitemini Dño. Pſal. 105

CElebrate Dominum, inuocate nomen illius, facite ſciãt exteræ nationes admiranda ſtratagemata illius. Cantate illum uoce, pſallite in honorem illius muſicis inſtrumentis, enarrate hæc tam uaria & admiratione digna opera illius. Gratulamini uobis propter auguſtiſsimũ illud nomen Domini, cuius tam inſigniter numen experti eſtis: gaudeant corda ſanctorũ Domini, qui placere ſtudent illi. Quærite Dominũ, & robur impetrate ab illo: ſtudete comparare uobis fauorem illius aſsiduè. In memoria habete, quàm mirabiliũ operum autor fuerit, & quàm ſtupenda deſignauerit, quamq; æqua ſint omnia, quæ locutus eſt ore ſuo unquam.

Poſteri Abraham cultores illius, filij Iacob electi ſunt ab illo. Ille eſt Domi nus Deus noſter, qui iudicandi poteſtatē habet per uniuerſam terram. Meminit pacti ſui, nec obliuiſcetur eius unquā: quicquid enim promiſit, conſtantiſsimè ſeruabit: etiam ſi mille ſibi mutuò generationes ſuccedant. Memor erit eius fœderis, quod percuſsit cum Abraham, & iuramenti, quo ipſe ſe aſtrinxit Iſaac. Et quia firmū id eſſe uoluit, certa ueluti lege obligauit ſe Iacob, et Iſraeli perpetuo fœdere aſtrinxit ſe. Tibi, inquiens, dabo terrā Canaan, ut eam poſsideas ueluti hæreditario iure, et tanquam patrimonij tui portionem. Quamuis numero eſſent pauciſsimi, imò propemodū nulli, & in terra illa peregrini. Et

profi-

proficiſcerentur peregrinorũ more ex una natione in aliã, ex uno regno ad populũ alterius regni, morũ ab altero longè diuerſorũ. Nunquã tamen permiſit, ut quiſquã hominũ uim faceret illis: quin potius corripuit illorũ cauſa reges.

Ne attigeritis inquiens Chriſtos meos, & in prophetas meos uidete ne ſitis iniurij. Et quum aduocaſſet famem in terram illam, in qua peregrinabantur, & omne illud, quod ad panem conficiendum conducere ſolet, perdidiſſet.

Tum præmiſit ante eos uirum, ſeruituti mancipatus fuit Ioſeph, & uenditus ab eiſdem illis, in quorum gratiam à Domino præmittebatur. Conſtrinxerũt compede pedem eius, ferro afflicta fuit uita illius. Vſque ad tempus quo id

euenit

euenit, quod decretum illi à Deo fuerat: ſermo uidelicet ille, quē ſuggeßit illi Dominus, qui & liberauit illum, et à ſqualore carceris purgatum reddidit illum.

Miſit rex, & ſolui iuſsit illum is qui imperium habebat in populos plurimos, rationem habuit illius, qui in carcerem coniectus fuerat & liberari iuſsit eum, ſolutis, quibus detinebatur, uinculis ferreis. *Statuit illum Dominum regiæ domus ſuæ, & imperium dedit illi in omnia, quæ poſsidebat ipſe.* *Liberum fecit illi etiam principes regni conijcere in uincula, & multo ſeniores ſapientiā diſcere uoluit ab illo, & cedere in omnibus illi.* *Et ingreſſus eſt in Aegyptum Iſrael, & Iacob peregrinus fuit in terra Cham.* *Et auxit ibi Dominus populum*

lum ſuum uehementer: multitudine & ui
ribus fortiorem fecit ijs qui ſeruitute pre
mebant illum. Immutauit animos il-
lorum, ut odio proſequerentur populum
ſuum, & dolos meditarentur aduerſus
ſeruos ſuos. Quare miſit Moſen ſer-
uum ſuum, Aaron ipſum, quem elegit.
Hi ediderunt inter illos, præſcriptis
ab ipſo uerbis, ſigna, quæ iuſſerat ipſe,
& portenta in terra Cham. Immiſit
tenebras, & caligine inuoluit omnia: bo
na enim fide executi ſunt abſq; ulla re-
bellione, quicquid ab ipſo Deo iniun-
ctum fuerat illis. Mutauit aquas eo-
rum in ſanguinem, & occidit piſces il-
lorum. Produxit terra illorum ranas,
in ipſis penetralibus regum illorum.
Iuſsit, & ſubitò prodijt omnis gene-
ris

ris maxima muſcarum copia, & cyniphes extiterunt de improuiſo in uniuerſis terminis regni illorum. Immiſit illis pro pluuia grandinem, ignem flamma undique coruſcantem in terram illorum. Et percuſsit uineam & ficum illorum, & confregit quicquid fuit uſquã arborum in finibus illorum. Iuſsit, & continuò extitit locuſtarum maxima copia, & bruchorum innumerabilis multitudo. Hæc uaſtauerunt quicquid uirebat uſquam in terris illorum, & uorauerunt fructum omnem, quem terra producere cœperat illis. Percuſsit prætereà omne primogenitum in terris illorum, præcipua omnium laborum, propter quæ in agris colendis ſudauerant.

Verùm eduxit illinc ſuos onuſtos argento

gento & auro, nec erat in tribubus illorum quiſquam infirmus. Gaudebat Aegyptus in abitu illorum, propterea quòd uehementer metuebat ſibi ab illis. Expandit nubem quæ eſſet illis inſtar umbraculi per diem: & ignem incendit, qui lumine ſuo pelleret tenebras per noctem. Poſtulauerunt, & induxit coturnicum maximam uim, & pane, contra naturam in aere nato, ad ſaturitatem uſq; impleuit illos. Aperuit arentẽ petrã, et maxima copia effluxerunt aquæ, & labebantur inſtar fluminum per loca arentia. Memor enim fuit eius, quod promiſerat per ſanctitatem ſuam Abrahæ ſeruo ſuo. Quare eduxit populum ſuum cum gaudio, & cum exultatione electos ſuos.

Et

Et dedit illis terram gentium, & labores populorum ipſi poſſederunt.

Nec aliud pro omnibus his ab illis requirebat, quàm ut parerent ſtatutis ipſius, & legem ab ipſo latam non uiòlarent. Halleluia.

Confitemini Dño. Pſal. 106

CElebrate Dominum, quia benignus eſt, nec ullo tempore finem capiet miſericordia illius.

Quis eloqui poterit potentiam Domini, aut commemorare alijs, quàm uerè ſit omnimoda laude digniſsimus?

Felices ſunt illi, qui ſeruant æquitatem à Deo præſcriptã: & quiſquis ex eo præſcripto iuſtitiæ facit, quæ facit omni tempore. Recordare quæſo mei Domine cum eo fauore, quo proſequi ſoles

populum

populum tuum: inuiſe me: & diuinæ ſalutis tuæ participem fac me. Vt uideam & frui liceat bono, quo hi fruuntur, quos elegiſti tibi, ut gaudeam quomodo gentes, quæ charæ ſunt tibi, gaudere ſolent: ut oblectem me unà cum populo, quem tibi ueluti hæreditario iure conquiſiuiſti.

Peccauimus & nos omnes, & patres noſtri, multa iniquè geſsimus, nec ab ipſa impietate abſtinuimus. Patres noſtri in Aegypto non prudenter expenderunt illa ſtupenda, quæ pro illis deſignaueras ipſe, non diu memores fuerunt omnimodæ, quam toties experti fuerãt, clementiæ tuæ, ſed rebellauerunt potius iuxta mare, & in ipſo mari rubro. Ipſe tamen ſeruauit eos habita magis ratione anguſtiſsimi nominis ſui, quàm eorum,

qui ſalute indigni erãt, ut doceret re ipſa omnipotentiam ſuam. Cõminatus eſt mari rubro, & cõtinuò exaruit: & perduxit eos per profundiſsimas aquas tanquam per deſertum. Et liberauit eos à tyrannide eius, qui illos odio habebat, & redemit eos à uiolẽtia inimici. Et cooperuerunt aquæ hoſtes illorum, ut ne unus quidem ex omnibus reliquus fuerit.

Tunc quidem credebant uerbis illius, & cantabãt laudes illius. Verùm non diu perſtiterũt in fide, ſed paulò poſt mutati ſunt, & in obliuionem uenerũt ipſis opera illius, non expectauerunt cõſilium illius. Concupiſcentia exarſerunt in deſerto, & periculũ facere conati ſunt, an uere potens Deus eſſet in ipſa ſolitudine. Ipſe certè tribuit illis, quod petiuerant

tiuerant,ſed magno ipſorum malo: mor te enim multauit gulam illorum.

Et exacerbauerunt Moſen *in caſtris, ipſum* Aaron *conſecratum* Domino.

Aperta eſt terra & abſorpſit Datan, *& cooperuit eos,qui conſpirauerãt cum* Abiran. *Subitò exarſit ignis in cœtu illorum, flamma exuſsit impios.* Fece *runt ſibi uitulum in* Horeb, *& proſtrauerunt ſe ſupplices ante ſtatuam, quam ipſi conflauerant.* Et *mutauerunt diuinã maieſtatẽ, quæ gloria illorũ fuerat, in ſimulachrum bouis uictitantis fœno.*

Obliti *ſunt* Dei, *qui ſeruator ipſorum erat, & qui deſignauit magna in gratiã ipſorũ inter* Aegyptios. Stupenda *in terra* Chã,*admiratione digniſsima iuxta mare rubrũ.* Quare *dixerat ſe funditus*

ſubuerſurum eos, & feciſſet, ni Moſes uir
illi chariſsimus obſtitiſſet in media uaſta
tione, & placaſſet iram illius, feciſſetq́;,
ne perderet illos. Nihil his omnibus
facti meliores, ſpreuerunt terram deſide
rabilem: nec enim crediderunt uerbis il-
lius, quibus promiſerat daturũ ſe illam.
Murmurauerũt enim in tentorijs ſuis,
nec obedierunt præcepto Domini.

Quare tanquam grauiter percuſſu-
rus extulerat in altum manus ſuas con-
tra illos, ut proſterneret illos in deſerto.
Vt & poſteros illorum corruere fa-
ceret inter impias gentes, & diſperge-
ret eos per regiones uarias. Et ſubdi-
derunt ſeſe iugo Baal Phegor, & come-
derunt ſacrificia oblata in uenerationem
mortuorum & nihili deorum.

Quibus rebus ad iram prouocauerũt eum, & ſæuijt in illos peſtis. Extitit autem Phinees, & ſupplicium ſumpſit de trãſgreſſoribus, & peſtis ceſſauit continuò. Et reputatum eſt hoc illi ad iuſtitiam, in generationẽ & generationem uſq; in perpetuum. Iterum irritauerũt eum iuxta aquas contentionis, ubi & male affectus fuit Moſes ipſe propter illos.

Vexauerant enim animum illius, & uacillauit nõnihil labijs ſuis. Nec perdere igitur potuerunt populos, de quibus locutus fuerat Dominus ad ipſos. Sed ipſi potius diſperſi ſunt, & captiui abducti à uicinarum regionũ populis, ubi & uiuere didicerũt ſecundum improbos mores illorum. Coluerunt enim ſculptilia illorum, quæ res eis ſæpe ceſſit malè,

& fuit abſurdorum eis cauſa malorum.
Eò enim dementiæ eiuſmodi diſcipli-
nis peruenerunt, ut filios ſuos & filias
cacodæmõibus obtulerint crudeliſsimis.
Et effuderint ſanguinem innoxium
filiorũ ſuorum & filiarum, quos macta-
uerant ante ſtátuas Chanáam, & pollue
runt ipſam terram, quæ execrata eam
abominationem, ueluti inuita ſanguinem
illorum inſontum ſuſcepit. Et abomi-
nabiles facti ſunt propter ſcelerata ope-
ra ſua, & idololátræ ſtudijs ſuis. Qua-
re excánduit uehementer Dominus in
populum ſuum, & abominatus eſt hære
ditátem ſuam. Et tradidit eos diripien
dos gentibus, Domini facti ſunt eorũ qui
capitáli odio ſemper proſecuti fuerant
eos. Et grauiſsimè afflixerunt eos ini-
mici

mici eorũ,& miſeri facti ſunt tyrannide illorum. Sæpiſsimè numero liberauit eos: uerùm ipſi ſemper ſibi ſimiles per/rexerũt eſſe rebelles,& ſua potius quàm diuina conſilia ſequi: quare miſerrimi facti ſunt propter ſcelera ſua. Attamen reſpexit, quũ peſsimè eſſet eis, & quum audiret eiulatus eorum. In memoriam reuocauit fœdus, quod percuſſerat cum eis, pro inexhauſta miſericordia ſua pœnitentia ductus eſt. Et effecit, ut gratioſiores eſſent apud illos, q captiuos abduxerant eos. Saluos fac nos domine Deus noſter, & collige nos ex uarijs illis nationib. per quas diſperſi ſumus, ut laudare ſine impedimẽto poſsimus auguſtiſſimũ nomẽ tuũ, & occupati in ueneratione tui, laudibus te, uti æquũ eſt, efferre.

Omni laude maior dominus Deus *Iſ= rael, ab æterno et uſq; in perpetuũ: itaq; dicat omnis populus,* Amen. *Halleluia.*

Confitemini. Pſal. 107

LAudate Dominum quòd benignus ſit, nec ullo ſeculo non clementiſſimius. Fateantur hoc, quos ſæpe redemit Dominus, quos liberauit à tyrannide opprimentium eos. Quos è uarijs regionibus in unũ collegit, ab Oriẽte, Occidente, Aquilone, & Auſtro.

Qui antea errauerant per loca deſerta & inuia: nec uiam, quæ duceret ad ciuitatem, qua recipi poſſent, inueniebant. Qui famem patiebantur & ſitim, quorum anima intra ipſos mœrore affecta cruciabatur. Clamauerunt ad Dominũ, quum ægrè eſſet illis: ipſe uerò

ex ma-

ex malis omnibus liberauit illos. Et oſtendit illis uiam rectam, qua ire poſſent ad ciuitatem cõmodiſsime habitabilem.

Celebrent Dominum cum gratiarum actione cuncti, ob inſignem miſericordiam illius, & mirabilia opera, quæ deſignauit in gratiam poſterorum Adæ.

Cibum ſuppeditauit ad ſaturitatem uſq; laborantibus fame, & animam famelicam impleuit bono, quo indigebat.

Quum ſederent in tenebris & horrore mortis, calamitoſi & uincti ferro.

Propterea quòd deſeruiſſent admonitiones Dei ſalutares, & cõſilia eius, qui eſt ſupra omnia, contempſiſſent. Afflixit quidem moleſtiſsimis curis, animas illorum: corruerunt enim, nec fuit quiſquam, qui eis aut poſſet, aut ſuccurrere

rere uellet. Verùm quum iterum clamarent implorantes auxilium Domini, quantumuis res eorum peſsimo eſſent loco: ipſe tamen è malis omnibus quibus in anguſtias extremas redacti fuerant, liberauit eos. Eduxit eos è tenebris, & horrenda, quæ mortem ipſam minitabatur, caligine, et uincula quibus uincti fuerant, rupit. Quare cõfiteantur Dominum eſſe miſericordiſsimũ propter hæc & alia innumera, quæ in gratiam poſterorum Adæ deſignauit admiratione digniſsima. Qui fregit portas æreas, & uectes ferreos cõminuit. Ipſos tamen in ſtultitia perſiſtere fecit peccandi libido, quare propter iniquitates ſuas affligebantur. Omnẽ cibũ abominata eſt anima illorũ, & appropinquauerũt uſq;

ad

ad ianuas mortis. Verùm quum iterũ clamarent ad Dominũ afflicti grauiſsimè, ipſe eos eripuit ex malis eorũ omnibus. Immiſit uerbũ illud ſalutare ſuũ, quo ſanatos eſſe uoluit eos: & liberauit eos ab omnibus, quibus grauiſsimè premebantur, malis. Quare agnoſcant Domini immenſam clementiã, & opera ſtupenda: quæ fecit in gratiam poſterorũ Adæ. Offerant tibi ſacrificia grati animi, quibus agnoſcãt beneficia tua Domine: & cõmemorent apud alios opera tua libẽter & palàm. Qui mare ingrediũtur nauib. & negociãtur in aquis illis uaſtiſsimis: Illi re ipſa didicerũt qualia ſint opera Domini, et q̃ admiratione digna, quæ fiũt ab ipſo in profundo mari. Quoties enim libitũ fuerit illi, excitat

*uento tempeſtatē maximam, & extol-
lit fluctus illos maris uaſtiſsimi.* Qui-
*bus ſubleuati uectores unà cum nauibus
aſcendere in cœlum uſq; uidentur, & ite
rum ueluti in barathrū præcipitari, quo
rum animi ſoluuntur præ metu.* Rapta
*buntur nunc huc, nunc illuc, & muta-
buntur non aliter, quàm ebrius: & quan
tumuis alioqui uariarū rerum periti &
ſapientes fuerint, ibi ſapientia deſtituet
eos.* Nec *reliqua illis in ullo alio ſpes
erit, quàm in ſolo* Domino, *ad quē in pe-
riculis conſtituti ſi clamauerint, ipſe ex
anguſtijs in locum ſpatioſum educet eos.*
Cōtinuò *enim ceſſabit tempeſtas, ſe-
quetur ſerenitas, & ſubſident fluctus illi
maris.* Et *meritò gaudebūt quòd ſub-
ſederint, deducet uerò eos* Dominus *re-*

ctà in

ctà in eam regionem, quam ipſi nauibus petebant. Quare fateantur Dominum eſſe clementiſsimũ, cuius tam extant opera ſtupenda inter poſteros Adæ.

Et laudibus extollant illũ in frequentia populi, & in conſeſſu ſenum prædicent illum. Qui dum uult, poteſtatem habet, ut flumina exiccet, & fiat terra ob ſterilitatem deſerta, & fluenta aquarum cõmutentur in ſiccitatem & ſitim ipſam. E contrario terram olim fructifcram immiſſa ſalſugine reddere ſterilem, ob ſcelera eorum, qui inhabitabãt eam. Terram item ob ſterilitatem olim deſertam, aquarum riuulis irrigare: & ob nimiam ſiccitatem damnatam, fluentis aquarum donare. Et inducere in eam colonos antea famelicos, qui cupiant

piant poſt eam mutationē condere ciuitatem illic, & inhabitare eam. Et ſemen iacere in agros illos nouos, & plantare uineam, quæ fructum proferat annuum. Dominus autem conatus illorum ſecundabit, ut diuites fiant ualde, & efficiet, ne pecora illorum uel morbo, uel alia calamitate minuantur. Vbi uerò ob ſcelera iterum eos punire uoluerit, pauciſsimi fient & abiectiſsimi, propter uariam oppreſsionem, calamitatem & anxietatem. Efficiet, ut qui præſunt eis, infames fiant & ſine autoritate: quo fiet, ut ſubditi errent per loca uacua & inuia. Sed pauperem defendet ab iniuria: & augebit familiam illius, quemadmodum grex ouium augeri ſolet. Videbunt & obſeruabunt huiuſmodi

iuſmodi mutationes homines recti, & gaudebunt: ſcelerati uerò & malè ſibi cō ſcij non audebunt mutire. Vtinā ſint multi ſapientes, qui obſeruent eiuſmodi, ut intelligantur paſsim ab omnibus beneficia, & miſericordiæ Domini.

Paratum cor. Pſal. 108

CONſtāti ſum animo Deus, quare & uoce cātabo, & pſallā inſtrumentis muſicis, idq́; ex animo. Profer te nablū & cithara, ut excitē ipſam aurorā. Celebrabo te carminib. apud populos uarios Domine, et pſalmis cātabo te, ut fama nominis tui in uarias ſpargatur nationes. Maior eſt enim clemētia tua, q̃ eſt diſtātia cœli à terra, & uſq; ad nubes pertingit conſtantia in præſtandis promiſsis. Exaltare ſupra

cœlos

cœlos Deus, & appareat per uniuerſam terram maieſtas tua. Vt liberentur è malis amici tui: ſalutem adfer dexterâ tua, & reſponde uotis meis. Deus promiſit per ſanctitatem ſuam, quæ res me maximo gaudio affecit, promiſit inquã diſtributurum me Sichem, & uallem Sucoth dimenſurum. Ad me pertinebit Galaad, meus erit Manaſſes, Effraim fortitudo capitis mei, Iuda uerò dux meus.

Moab olla ablutionis meæ, in Idumæam proijciam calceum meum, ſubiecturus illam mihi: uſq; ad Philiſtæos exultans perueniam. Quis perducet me uſq; in ciuitatem munitam? quis deducet me uſq; in Idumæam? Profectò tu qui oblitus uidebaris noſtri, & non iturus cum copijs noſtris in prælium.

Tribue

Tribue quæſumus factus placidior auxilium nobis, ut hoſtem ſuperare queamus: uana eſt enim ſalus, quæ expectatur ab homine. Freti diuino auxilio pugnabimus fortiter, ipſe enim conculcabit aduerſarios noſtros.

Deus laudem. Pſal. 109

DEus autor & materia gloriationis meæ, ne quæſo diſsimula. Os enim ſuum impius et homo fraudulentus aduerſum me aperuerũt, uſi sũt apud me lingua mẽdaci. Verbis ab odio profectis omni ex parte aggreſsi ſunt me, ſine ulla cauſa oppugnauerunt me.

Quum ego illos amore proſequerer, ipſi perdere conabantur me: ego uerò hoc uidens ad precationem recurri, non habens perfugium aliud. Rependerunt

runt enim mihi malum pro bono, & odium pro amore meo in illos. Præfice ergo illi uirum impium, & angelus uexator aſtet ad dexteram illius. Quum cauſa illius tractata fuerit in iudicio, nō abeat illinc, niſi impietatis condemnatus, & precatio illius magis exaſperet iudicem, & augeat peccatum potius, quàm remiſsionem impetret. Sint dies illius pauci, & præfecturam illius accipiat alter. Fiant filij illius orphani, et uxor illius uidua. Curſitent ſurſum & deorſum filij illius, ut mendicent, & præ penuria rei familiaris, relictis domibus ſuis uacuis, cibū quærere cogantur mendicatò. Perdat exactor quicquid pertinet ad illum, et diripiant extranei, quicquid ſuo labore conquiſiuerat ipſe.

Nec ſit quiſquam, qui ullum humani-
tatis illi præſtet officinm, uel quem miſe-
reat liberorum illius. Sit finis illius in-
teritus:in generatiõe,quæ proximè mor-
tem ſequetur, deleatur & nomen illius,
& filiorum. Reuocetur in memoriam
iniquitas progenitorum ipſius apud do-
minum, & peccatum matris illius non
deleatur. Sint hæc ueluti ob oculos
poſita Domino: ſed in obliuionem ue-
niat apud homines,qui terram incolunt,
ſi quid geſsit unquam dignum memora-
tu. Propterea quòd ne ſemel qui-
dem in mentem uenit illi pietatis erga
proximum exercendæ: ſed perſequutus
eſt uirum afflictum,humano auxilio de-
ſtitutũ,et fractũ animo,ut occideretillũ.
Amauit enim immanitatem & con-

tinget illi: odio habuit humanitatẽ, et procul recedet ab illo. Omni ex parte armauit ſe maledicẽtia, et tanquã ueſte ſua contexit ea ſeſe, et penetrauit quẽadmodum aqua, quam quis bibit, uſq; in penetralia uentris, imò uelut in oſſa illius.

Quare ſit illi, quia ita uoluit, ueluti pallium quo cooperire totum ſolet ſeſe, & ueluti cingulum, quod totum ambire hominem conſueuit. Hæc ſit merces eorum à Domino, qui malè uolunt mihi, & qui exercent caninam facundiam ſuam in perniciẽ meam. Interim tu Domine Deus tracta me pro genuina clemẽtia tua, quæ nomini tuo reſpõdet: et quia tam benigniter miſericors es in omnes, libera etiã è malis me. Quia pauper et humano præſidio deſtitutus ego ſum,

&

& cor meum præ mœrore languet intra me. Sicut umbra, quæ inclinante iam die aſsiduè creſcit, & tenebris noctis propinquior fit, ita & ego abij, & abeo aſsiduè magis, interim uagari cogor de loco ad locum, quemadmodum locuſta ſaltat nunc huc, nunc illuc, nullam certam habens ſedem. Genua mea nutant præ ieiunio, & caro mea exuta eſt pinguedine. Quicquid facio ludibrio ſum illis: quoties uident me, moto capite rident me. Suppetias fer mihi Domine mi Deus, ſalutem adfer mihi pro inexhauſta benignitate tua. Vt ſciant non illos ſuis uiribus hæc potuiſſe contra me: ſed quia tibi uiſum fuit ad hunc modum patientiam meam exercere Domine.

Execrentur, & male uelint mihi, modò faueas tu, nihil poterunt enim: ſi inſurrexerint in me, in ipſo conatu deficient, & infames fient, ſeruus autem tuus gaudebit. Contegantur undiq; ignominia ueluti ueſte aduerſarij mei, & induantur toti tanquam pallio, infamia, qua digni ſunt. Celebrabo Dominum totis uiribus ore meo, & in medio multorum palàm laudabo illum. Aſtitit enim ad dexteram egeno, ut defenderet & ſeruaret illum à uiolentia eorum, qui falſo iudicio perdere conabantur illum.

Dixit dominus. Pſal. 110

DIxit Dominus Domino meo, ſede à dextris mihi, quoad fecero, qui nunc ſunt inimici tui, tam ſubiectos, ut conculcare illos pedibus

poſsis

poſſis, non aliter quàm ſcabellum ſolet.

Robur fortitudinis tuæ emittet Dominus ex Sion: itaque dominare inuitis omnibus, in medio hoſtium tuorum.

Populus tuus ſpontaneas offeret & liberales oblationes tibi, quo tempore apparebit omnipotentia tua, & omnimodus ille decor, qui te comitabitur: ante auroram enim cecidit, qui gratioſiſſimum te faciet omnibus, ros natiuitatis tuæ. Iurauit Dominus, nec unquam pœnitebit eum, tu eris ſacerdos in perpetuũ iuxta ritũ à me præſcriptũ Melchiſedech. Dominus aſtans tibi à dextris percuſſit reges, quũ iraſceretur illis, propter te. Suppliciũ ſumet de gentibus, quæ rebellabunt tibi, plena erũt omnia cadaueribus: percutiet hoſtiũ

 tuorum

tuorũ caput, cuius ditio latiſsimè exten-derat ſeſe per terram nobiliſsimam.

E flumine in tranſitu bibet, propterea exaltabit caput.

Confitebor tibi. Pſal. 111

OMnia mea domino accepta referam ex toto pectore palàm in cœtu & cõgregatione iuſtorũ.

Magna ſunt opera Domini, quod conſtat omnib. illis qui pio ſtudio ſcrutãtur ea. Laude & honore dignũ eſt, quicquid facit Dominus: à genuina enim ſua iuſtitia recedere non poterit unquam.

Effecit, ne unquã perire poſsit memoria operum ſuorũ tam mirabiliũ, miſericors ipſe & pius Dominus. Spolia hoſtium diuiſit cultoribus ſuis, in memoria habebit pactum ſuum perpetuò.

Quanta

Quanta fuerit opus potẽtia, priuſquã fieri potuerint quæ fecit, oſtendit re ipſa populo ſuo, cum daret illi poſſeſsiões aliarum nationũ, pulſis illinc illis quorum fuerant antea. Opera manuum illius fidei & æquitatis ſunt pleniſsima, optima fide ſtatuit, & utiliter quæcunq; ſtatuit. Confirmata ſunt, nec conuelli poterũt ullo unquam ſeculo: decreta enim ab eo ſunt optima fide, & ſumma cũ æquitate. Liberationẽ attulit populo ſuo, decreuit perpetuò duraturũ pactũ, quod inijt cum ſuis is, cuius nomen ſanctiſsimũ eſt & auguſtiſsimum. Initium ſolidæ ſapientiæ eſt timor, quo reueremur Dominum, & prudentia ſalutaris manet illos qui ſeſe exercent in his: laudẽ enim aſſequentur perpetuò duraturam.

Beatus uir. Pſal. 112

BEatus uir qui reueretur Domi-
num, in mandatis illius inueniet,
quibus oblectare ſe poterit miri-
ficè Potens in terra erit ſemen illius,
generatio cādida Domini beneficio bea
tiſsima erit. Abundantia & diuitiæ in
domo illius, iuſtitia illius ſtabilis erit per
petuò. Exorietur, alijs deſidentibus
in tenebris lux rectis, clemēti uidelicet,
pio & iuſto. Felix uir qui miſericor-
dia mouetur erga pauperes, & mutuò
dat: dabit enim illi Dominus eam pru-
dentiam, ut diſpenſare ſciat reliqua, quæ
tractanda illi erunt cum iudicio. Nun
quam loco ſuo mouebitur, & in memo-
ria erit perpetua, tanquam uir iuſtus

A rumore mali alicuius appropin-

quantis

quantis nihil metuet ſibi, conſtans enim erit perpetuo animus eius: propterea quòd propitium habeat Dominum imperterritus. Animo erit præſenti, nec quenquam timebit: quin potius tandem uiſurus eſt in hoſtibus ſuis, qualia quiuis alius uellet in ſuis. Elargitus eſt ſua pauperibus, quare iuſtitia illius ſtabilis erit perpetuo, & cornu illius augebitur aſsiduè cùm gloria. Impius aſpicere cogetur hæc, & habebunt illum peſsimè: frendet dentibus & contabeſcet: ſtudium impiorum, quò nocere cupiũt pijs, ineſficax erit & peribit.

Laudate pueri. Pſal. 113

L*Audate ſerui domini Dominũ: laudibus efferte nomẽ domini. Celebretur nomẽ Domini laudibus, ab hoc tempore*

uſq;

uſque in perpetuum. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, laudibus meritò extolletur nomen Domini. Exaltatus eſt ſupra omnes gentes Dominus, & ſupra cœlos maieſtas eius. Quis ſimilis eſt Domino Deo noſtro, qui ſeipſum in altum erigit, ut ſedeat quocunque loco libitum fuerit illi? Et rurſus ſeipſum conuertit ad contemplanda quæcunque fiant, uel in cœlo, uel in terra. Qui erigit, quoties uult iacentem in puluere pauperem, & è luto extractum egenum præficit alijs. Vt ſedere liceat illi inter primores inquam, quibus data prouincia eſt gubernandi populum Domini. Qui facit ſæpenumero, ut domus ob ſterilitatem matronæ uacua, habitatiſsima fiat; & quæ antea natura

fuerat ſterilis, fiat mater ob multitudinem liberorum gaudens. Halleluia.

In exitu Iſrael. Pſal. 114

Q*Vum egrederetur Iſrael ex Aegypto, & poſteri Iacob relinquerent populum alterius, quàm qua ipſi loquerentur, linguæ: Tunc fiebat Iuda particeps ſanctimoniæ Dei, & totus Iſrael præ cæteris nationibus ditioni eius ſubijciebatur. Mare ſenſit præſentiam diuini numinis, & fugit, Iordanis abijt retrorſum. Montes ſubſilierunt tanquam arietes, & colles ueluti agni ouium. Quid accidit tibi ò mare quòd fugeris, ô Iordanis quòd receperis te retrorſum. Et uobis montibus quòd ſubſilieritis tanquam arietes, & collibus quòd exilieritis ſicut agni laſciuientes*

ſtes inter reliquas oues? Præſentia Do*mini in cauſa fuit, quòd ipſa contremuerit tota terra: ille* Dominus *in cauſa fuit, qui idem* Deus *&* Iacob. Qui con*tra naturam lapidis effecit, ut è petra maxima copia effluxerint aquæ: et è ſilice ueluti è fonte maximo.*

Non nobis do. Pſal. 115

NOn *quaſi nos mereamur* Domi*ne, non inquam quaſi nos mereamur: ſed ne nominis tui maieſtas lædatur, libera nos, pro tua benignitate & fide, qua te obſtrinxiſti adfuturum nobis.* An *æquo animo ferre diutius poteris, ut qui nos affligunt impij, cum iniuria nominis tui dicant, ubi nunc* Deus *eſt horum?* Certe Deus *noſter eſt in cœlo, unde quicquid illi unquã libi*

tum fuit facere, fecit. Veſtræ autem ſtatuæ, quas pro Dijs habetis, nihil quàm argentum ſunt et aurum, opera hominis manu facta. Formam oris inſculpſit illis artifex, ſed uſum addere non potuit: nihil enim ſonare queunt: oculos præterea ab artifice datos habent, ſed quibus nihil omnino uidere poſsint. Aures inſuper, quibus nihil audiant: nares, quibus nihil olfaciant: Manus etiam, ſed quibus palpare nequeant: pedes, quibus incedere non ualeant: guttur, quo nullum ſonum edere poſsint Similes fiant his ſtatuis, & qui faciūt eas, & quotquot ſpem ſuā ponunt in eis. Tu autem Iſrael ſpem tuam pone in Domino, ſuppetias enim feret, & ueluti ſcuto proteget, quotquot credūt ſe illi.

Domus

Domus Aaron fidite Domino, auxilio
enim erit: & ueluti ſcuto proteget quot=
quot credunt ſe illi. Qui reuerenter
colitis Dominum, fidite Domino, nihil
deſperantes: auxilio enim erit, & ueluti
ſcuto proteget illos quotquot tales ſunt.
Dominus nunquam nõ pro ſua beni=
gnitate memor fuit noſtri, quare & nũc
faciet bene, faciet inquã bene populo Iſ=
raeli, faciet & bene familiæ Aaron.
Bene etiã faciet quotquot reuerentur
Dominũ, ſiue parui fuerint, ſiue magni.
Addet ad uetera beneficia etiã noua
uobis, uobis inq̃ et filijs ueſtris. Chari
enim eſtis uos illi Domino, qui autor eſt
cœli et terræ. Cœlũ hoc ingẽs, uaſtum,
hoc inq̃ cœlũ ſolus abſq; humano mini=
ſterio gubernat Dominus, terræ uero po

ſteros

ſteros præfecit Adæ. Non poterũt, qui mortui ſunt, apud uiuos laudare ſeruatorem omniũ Dominũ, neq; illi, quorũ corpora ſepulta ſunt, hic inter uiuos poterunt præconijs extollere Deum. Sed nos quoad uixerimus laudabimus Dominum, ab hoc tempore uſq; in finem uitæ perpetuo. Halleluia.

Dilexi quoniã. Pſal. 116

AMaui Dominum, quòd exauditurum confidã illum preces meas. Olim enim ſæpe præbuit aurem ſuam mihi: quare quoad uixero, non aliò clamorib. meis recurram, quàm ad ipſum. Cinxerant me funes mortiferi, & præſentiſsima pericula corruendi in ſepulchrum apprehenderãt me: nihil præter afflictionem et anxietatem

inueneram circa me. Quare ego au-
xilium Domini implorabam, dicens: ob-
ſecro Domine libera animam meam.
Et cõtinuò deprehendi, miſericordem
eſſe Dominum & iuſtum, & Deum no-
ſtrum pietatis obliuiſci non poſſe. Cu-
ſtos eſt Dominus eorum qui per ſe ſape-
re non poſſunt: cum enim affligerer gra
uiſsimè, & conſilij expers eſſem, ipſe ſal
uauit me. Redi ó anima mea ad uete-
rem tranquillitatẽ tuam: Dominus enim
pro te perſoluit, quicquid debebas tu.

Liberaſti Domine à morte animam
meam, oculum meum à fletu, & pedes
meos à lapſu. Securus obambulabo
poſthac ſub tutela Domini in atrijs eius,
unà cum illis, qui uiuunt uerè. Fir-
miſsimè credidi, quare & loquebar con
fiden'er

fidenter, etiam quum grauiſsimè pericli tarer. Imò *in trepidatione, & ſumma propemodum deſperatione mea conſtanter dicebam, omnis quidem homo mentitur, & fallere poteſt, uerum* Deus *nequaquam.* Quid *retribuam* Domino, *cuius tã uaria extant in me redemptiõis beneficia?* Poculum *gratiarum actionis pro nouo hoc ſalutis genere in altum ſuſtollam, & auxiliũ* Domini *implorare non deſinam.* Vota *mea utiq;* Domino *perſoluam palàm in præſentia totius populi illius.* Grauatè Dominus, *nec temerè occidi ſinit quenquam ſanctorum ſuorum: chariſsimi enim ſunt illi.*

Meritò *te amo benigniſsime* Domine, *quòd me ſeruum tuum, me inquã ſeruum tuum, & filium ancillæ tuæ dignatus ſis*

effracto carcere, è uinculis eripere.

Quare offeram tibi ſacrificia, quibus maximè delectaris, pro acceptis uidelicet beneficijs gratiarum actiões, nec deſinam unquam auxilium Domini *implorare.* Hæc *uota mea* Domino *perſoluã, palàm ſpectante uniuerſo populo ipſius. In ipſis atrijs domus* Domini,*in medio* Hieruſalem. Halleluia.

Laudate Dominũ. Pſal. 117.

LAudate Dominum *uniuerſæ gentes, laudibus extollite illũ, quotquot uſquam eſtis populi. Copioſiſsimè enim uſus eſt erga nos genuina miſericordia ſua, & conſtantia in promiſsis ipſius duratura eſt perpetuò.*

Confite-

Confitemini Dn̄o. Pſal. 118

LAudate Dominum, benignus eſt enim, & perpetuò duratura eſt clementia illius. Fateatur ex animo hoc Iſrael, perpetuò duraturā clementiam illius. Fateantur ex animo poſteri Aaron, quòd perpetuò duratura ſit clemētia illius. Fateantur ex animo hoc quotquot reuerētur illum, quòd nunquam non ſit miſericordiſsimus ipſe.

Quū eſſem conſtitutus in periculis, imploraui auxilium ſeruatoris domini, qui & exaudiuit me. & perduxit me in locum ſpacioſum, idem ſeruator ille Dominus. Dominus adeſt mihi, quare non timebo, quicquid moliatur aduerſum me homo. Dominus ſtat pro me, inter auxiliantes mihi ipſe præcipuus eſt: quare

uidebo euenire hoſtib. meis, qualia quiſquam optaret ſuis. Multo eſt melius, ſpem ſuam collocare in Domino, quàm fidere cuiuis hominum. Multo eſt melius, ſpẽ ſuã collocare in Domino, quàm fidere ulli principum. Etiam ſi uariæ gentes circumdederint me, nihil ſolicitus ero: fretus enim auxilio Domini, facilè perdam omnes. Cingant me, & diligentiſsimè circumdent, nihil tamen metuam, ſed fretus auxilio Domini perdam omnes. Circundent me tam copioſi et mordaces, quàm eſſe ſolent examina apum: extinguantur tam ſubitò, quàm ignis per ſtipulas uolitans: Domini enim fretus auxilio nullo negotio ſubuertam illos. Maximo ſtudio conatus eſt aduerſarius meus ſic impellere me, ut caderẽ:
uerum

uerum Dominus auxilio fuit mihi. For*titudo mea & argumentũ carminis mei ipſe eſt ſeruator Dominus: quare confido futurum, ut author mihi fiat omnimodæ ſalutis.* T*um audietur uox exultationis, & pro adepta ſalute gratulationis in ædibus iuſtorum: dextera enim Domini operabitur in eis fortiter.*

D*extera Domini exaltabitur, dextera Domini operabitur fortiter.* N*õ moriar, ſed uiuam, & cõmemorabo opera Domini.* D*ocendo diligenter docuit me Dominus, nec morti tradidit me.* A*perite mihi portas iuſtitiæ, & ingrediar per eas, & gratiarum actionibus laudabo ſeruatorem Dominum.* H*æc eſt illa porta Domini, iuſti ingredientur per eam.* G*ratias agam tibi,*

 quod

quòd afflixeris me, & iterum ſalute do-
naueris me. Lapidem repudiauerũt æ-
dificantes, ſed factus eſt ille in caput an-
guli. A Domino factum eſt illud, & res
mirificè mirabilis in oculis noſtris.
Hunc diem fecit Dominus: exultemus
& lætemur in eo. Quæſumus Domine
ſerua nos nunc, quæſumus Domine feli-
citatem adfer nunc. Omni laude ma-
ior hic eſt, qui aduenit legatus à Domi-
no ad nos: bene precati ſumus uobis &
nos è domo Domini, & felices iudicaui-
mus. Omnipotens Deus dominus eſt,
& illuminauit nos: quare colligate ſub
diem feſtum ramos, & templum ornate
uſq; ad cornu altaris. Deus meus es
tu, quare cum gratiarum actione lauda-
bo te, & laudibus te Deum meum extol-
lam

lam. Celebrate Dominum, *benignus eſt enim, & nullo unquam tempore non miſericors.*

ℵ Aleph.

Beati immaculati. Pſal. 119

F*Elices qui innocẽter uiuunt in hac uita, & quotquot ambulant ſecun dum doctrinam* Domini. *Feli= ces, qui obtemperant admonitionibus il= lius, & toto pectore ſtudent placere illi.*

Profectò tales nullum ſcelus admit= tent, ſed rectà per uias, quas illis mon= ſtrauit, gradiẽtur. Tu præcepiſti man data tua obſeruari diligentia ſumma.

Vtinã dirigantur abs te greſſus mei, ut poſſim per omnia obſequi ſanctiſſi= mis præceptionibus tuis. Tunc enim

nunquam pudefierem, ſed ſemper ante oculos haberem uniuerſa mandata tua.

Celebrabo te pectore candidiſsimo, ubi docueris me rationem æquitatis tuæ.

Mandata tua obſeruabo pro uiribus, niſi tu deſtitueris me auxilio tuo.

ב Beth. In quo.

Qua maximè re corrigere poterit adoleſcens licentioſius uitæ ſuæ genus? nulla magis, quàm ſi diligenter obſeruauerit uerba tua. Toto pectore ſtudui placere tibi, quare ne ſinas, quæſo, aberrare me à mandatis tuis. In animo meo repoſui uerba tua, ne peccem tibi. Omni laude maior tu Domine, doce quæſo me præcepta tua. Labijs meis recenſui omnia iudicia profecta ab ore

tuo

tuo. Modus & ordo admonitionum
tuarum oblectauit me quantum nullæ di
uitiæ. In mandatis tuis exercebo me,
& diligenter expendam ſemitas tuas.
In præceptis tuis oblectabo me, nec obli
uiſcar uerborum tuorum.

ג Guimel. Retribue.

Hoc præſta ſeruo tuo, ut uiuere li-
ceat, & parere mandatis tuis. Aperi
oculos animi mei, ut intelligere queam
admiranda illa myſteria, quæ continen-
tur in doctrina tua. Peregrinus ſum ego
in terra: ne celaueris quæſo, me mandata
tua. Fractus eſt animus meus præ nimio
et perpetuo deſiderio cognoſcẽdi æquiſſi
ma iudicia tua. Increpaſti acriter ſuper-
bos: execrabiles fiẽt, quotquot aberrant

à man-

à mandatis tuis. *Libera me à probro & contemptu illorum ſuperborum: quia admonitiones tuas cuſtodiui.* *Quoties ſederunt congregati principes, ut contra me loquerentur: ſeruus tuus nihil aliud quàm exercebat ſe in mãdatis tuis.*

Profectò admonitiones tuæ oblectauerunt me, & fuerunt ueluti uiri à conſilijs mihi.

ד Daleth. Adhæſit.

Adhæſit pulueri anima mea, & tantum non petij: reſtitue me priſtinæ ualetudini, iuxta promiſſa tua. *Opera mea recenſui, quare exaudiſti me: doce, quæſo, me intelligere mandata tua.* *Genuinam ſententiam mandatorum tuorũ aſſequi fac me: hoc ſi mihi contigerit, exercebo diligenter me in mirabilibus*

tuis

tuis. Solatus eſt mihi animus præ anxietate, erige me ſecundum uerbum tuum. Studium mentiẽdi, & fucatè uiuendi aufer à me, ſecundum legem uerò tuam miſericorditer tracta me. Genus uitæ candidum & conſtans elegi, & æquiſsima iudicia tua propoſui ante oculos mihi. Sectatus ſum teſtimonia tua Domine, ne unquam ſinas me cum pudore fruſtrari ſpe mea. Per uiam mandatorum tuorum curram, ubi tu gaudio dilataueris cor meum.

ה He. Legem pone.

Doce me Domine intelligentiã mandatorum tuorum, ut ad eam ſeruandam quoad uixero, accommodem me. Eam prudentiam tribue mihi, ut intelligam,

atq;

atq; ita præſtem, quæ præſcribit lex tua, & obſeruem toto pectore, ne quid faciam contra. Deduc me ſecundum genuinam ſententiam mandatorum tuorum: hoc enim ſemper optaui maximè. Inclina cor meum in amorem præceptionum tuarum, & ab auaritia quàm alieniſsimum effice me. Auerte oculos meos, ne capiantur amore rerum uaniſsimarum: quin potius tuis admonitionibus ad uitam perduc me. Propone ſeruo tuo eum ſermonem, qui maximè inuitat ad uenerationem tui. Aufer infamiam, à qua metui mihi: iudicia enim tua clementiæ admixtum habent plurimum. Ego certè amaui mandata tua, quare pro tua æquitate in uita conſerua me.

ו Vau. Et ueniat.

Contingat mihi, ut particeps fiam omnimodæ benignitatis tuæ Domine; *et ſalutis, quam promittunt uerba tua.*

Vt habeam quod reſpondeam ei, qui exprobrat mihi, quòd dicere ſoleam, fidere me promiſsioni tuæ. Quare *ne unquam ſinas, quæſo, irritum fieri hoc quod ſæpe dixi, & uerè: iudicia enim tua expectaui, quibus palàm fiet, mea ne, an aduerſariorum cauſa ſit melior:*

Vt obſeruem legem tuam aſsiduè, longo tempore, imò ſemper. Et *ut ambulare queam ſine offendiculo per loca ſpacioſa: mandatorum enim tuorum ſtudioſus inueſtigator fui.* Quare *& loqui audebo de tuis conſtitutionibus in*

conſpectu

conſpectu regum conſtanter, & ſine ullo pudore. Et oblectabo me mandatis tuis, quæ ſemper amaui. Tollam in altum manus meas, ut opere præſtem, quæ præſcribunt præcepta tua, quæ amaui, & ore loquar de æquiſsimis legibus tuis.

ז Zain. Memor eſto.

Memor eſto eius quod promiſiſti ſeruo tuo, quo & ſpem magnam concipere iuſsiſti me. Hæc promiſsio conſolata eſt me tempore afflictionis meæ: uerbum enim hoc tuum effecit, ne mœſtitia extinguerer, ſed in uita continerer. Superbi inſultauerunt mihi miris modis: ego uerò lege tua conſolatus ſum me, nec aliò quàm ad eam confugi.

In memo-

In memoriam reuocaui, quanta æquitate & iudicio olim tractaueris patres noſtros Domine, *quæ res plurimum attulit conſolationis mihi.* Horror *inuaſit me, quoties perpendi ſceleratum & periculoſum impiorum uitæ genus, quod uiderem contemnere eos doctrinam tuam.*

Pro *carminibus fuerunt mihi præceptiones tuæ, quocunq; loco fuiſſem tempore exilij mei.* Memor *fui media nocte nominis tui* Domine, *ut ſeruarem doctrinam tuam.* Hoc *mihi ſummopere fuit curæ, ut mandata tua ſeruarem.*

ח Het. Portio mea.

Portio *mea es tu* Domine: *quare ſtatui ſeruare, quæ mādata ſunt uerbis tuis.*

Ambiui *toto pectore fauorem tuum erga me: miſereat te, quæſo, mei iuxta*

uerbum tuum, quo promiſiſti adfuturum te mihi. Recenſui *uias meas, totam uidelicet uitam meam, & reuocaui pedes meos in uiam rectam, & ad ea, quæ præſcripta mihi ſunt abs te.* Feſtinaui *abſque dilatione cuſtodire mandata tua.*

Studijs *nocendi ueluti uinculis ſcelerati homines tantum non illaqueauerunt me: ego uerò qualiacunq; eſſent præcepta doctrinæ tuæ non ſum oblitus.* Media *nocte ſurgam, ut gratias agam tibi pro æquiſsimis iudicijs tuis.* Socius *ſum ego & amicus omnium illorum qui uenerantur te: & qui ſeruant mandata tua.*

Benignitate *tua* Domine *plena eſt terra: quare præcepta tua doce me.*

ט Thet. Bonitatem.

Bene *egiſti cum ſeruo tuo* Domine,

&

& iuxta promiſſa tua. Vtilitatē, quæ eſt in cognitione legis tuæ doce me: mandatis enim tuis maximam ineſſe uim firmiſsimè credidi. Priuſquam diligēter auſcultarē ad mandata tua, ſæpe aberraui: nunc aūt attentior factus, uerbis tuis parebo. Benignus es tu, doce, quæſo, me intelligentiam mandatorū tuorum.

Excogitauerūt aduerſum me mendaciū ſuperbi, uerū ego toto pectore incumbebā in hoc, ut ſeruarē mādata tua. Impinguatū eſt, & ſtupore ueluti aruina obductum cor illorū, ego uerò doctrina tua oblectatus ſum. Vtile fuit ꝙ rebus aduerſis nōnihil afflictus fuerim: hoc enim in cauſa fuit, ut ſtudioſius diſcere cuperē mādata tua. Gratior eſt mihi doctrina oris tui, quàm uel auri uel argenti pondo mille.

י Iod. Manus tuæ.

Manus tuæ fecerunt me, & maximo artificio abſoluerũt: da, quæſo, eam mihi mentem, ut diſcere poſſim intelligentiam mandatorum tuorum. Tunc enim cultores tui uidebunt me, & gaudebunt, quod in promiſſionibus tuis poſuerim ſpem meam. Noui Domine, quòd ipſiſſima æquitas ſint iudicia tua, & meritò afflixeris me. Verùm ſit, quæſo, tandem malorum ſatis, & pro tua benignitate cõſolare me: id enim promiſiſti ſeruo tuo uerbis tuis. Aduenіant miſericordiæ tuæ, ut reuiuiſcam: doctrina enim tua uehementer oblectat me. Infames fiant ſuperbi, qui ſine cauſa uexauerunt me: ego interim exercebo me in mandatis tuis. Conueniant apud me, qui reuerenter

renter colunt te,& qui nouerunt admonitiones tuas. Fiat animus meus purus *mãdatis tuis,ut nunq̃ pudore ſuffundar.*

ב Caph. Defecit.

Vix amplius eſt apud ſe præ deſiderio ſalutis, quã expectat anima mea abſq; te: promiſsis tamen tuis non diffidam. Anxiè cupierunt oculi mei uidere, quod promiſiſti: quoties dicebam,quando tandem conſolaberis me? Quamuis ſimilis eſſet cutis mea utri fumo in rugas contracto, mandatorum tamen tuorum non fui oblitus. Quot adhuc reliqui ſunt dies ſeruo tuo? quando tandem de his,qui perſequuntur me, ſupplicium ſumes? Foderunt in perniciem meam foueas ſuperbi:uerum id nõ docuerat eos doctrina tua. Vniuerſa mandata tua

 fidei

fidei pleniſsima ſunt: quare, quũ ſine cau ſa perſequantur me, auxilio ſis mihi tu.
Tantũ non proſtrauerunt me in terram, ego tamẽ nõ deſerui præcepta tua.
Pro benignitate tua in uita conſerua me, ut cuſtodire poſsim doctrinã oris tui.

ל Lamed. Inæternum.

Perpetuò Domine quicquid unquam fieri uoluiſti ſtabile erit in cœlis. In generationem & generationem conſtantia tua in promiſsis durabit: ſtabilem eſſe uoluiſti terram, & ſtabilis erit. Quibus modis unumquodq; ſubſiſtere uoluiſti, uſq; in hodiernum diem ſubſiſtit: omnia enim obediunt imperio tuo. Niſi doctrina tua recreaſſet me, tum mœrore perijſſem, quũ affligerer tam periculoſe.
Nunquam obliuiſcar mandatorũ tuorum

rum: per ea enim ſeruaſti uitam mihi.
Tuus per omnia ſum ego, ſerua me: mandata enim tua ſcrutatus ſum. *Expectãtes obſeruauerũt impij me, ut perderent, ſed ex conſtitutionibus tuis intelligebã, quid facere contrà oporteret me.* *Nihil tam abſolutum, cuius non uiderim interitum, præter latiſsimè ſe extendens mandatum tuum.*

מ Mem. Quomodo.

Quàm amaui legem tuam? toto die ipſa fuit occupatio mea. *Inimicis meis prudentiorẽ feciſti me mandatis tuis, nec unquã ſinã me auelli ab illis.* *Vniuerſis, qui me docere conati ſunt, prudẽtior euaſi, idq́; ꝓpter iugẽ cõſtitutionũ tuarũ meditationem.* *Ipſos ſenes prudentia ſuperaui, quòd mandata tua cuſtodirem.*

Ab omni ſemita mala auerte pedes meos, ut cuſtodire cõmodius poſsim uerba tua. A *iudicijs tuis non receſsi: tu enim docueras me.* Q*uàm fuerunt ſuauia palato meo uerba tua? certè magis quàm ori mel ullum eſſe poſsit.* P*ræceptis tuis prudens fiam: quare & odio proſequar omnem ſemitam mendacij.*

נ Nun. Lucerna ped.

I*nſtar lucernæ fuerunt pedibus meis uerba tua, & ueluti lux iuxta ſemitam mihi.* I*uraui & perſiſtam in propoſito ſeruandi, quicquid æquiſsimo iudicio præcepiſti.* A*fflictus ſum uehementer* D*omine, in uita cõſerua me, ſicut pollicitus es uerbis tuis.* P*ias has oblationes oris mei gratanter, quæſo, accipe* D*omine, & iudicia tua doce me.* V*itam*

meam ueluti in manu omnibus expoſitã porto: doctrinæ tamen tuæ in malis tam præſentibus non ſum oblitus. Expanderunt impij rete in perniciem meam, à mandatis tamen tuis ego non aberraui.

Poſsidere conſtitui cõſtitutiones tuas tota uita mea: oblectationi enim cordi meo ſunt. Accõmodaui animũ meum, ut opere præſtem præcepta tua uſq; in finem uitæ meæ.

ס Samech. Iniquos.

Sceleratos odio habui: legem autem tuam amaui. Latibulum & ſcutum es mihi tu: quare in uerbis tuis totam ſpem meam collocaui. Recedite à me improbi, ne impedimento ſitis mihi mandata Dei mei cuſtodire uolenti. Conforta me uerbis tuis ut uiuam, neq; fru-

ſtreris me ſpe mea. Suſtenta me & ſaluus ero, & oblectabo me mādatis tuis quoad uixero. Conculcaſti uniuerſos, qui recedunt clàm à mandatis tuis: propterea quòd ſubdola eſt cogitatio illorum. Veluti ſcoriam eraſiſti è reliquo hominum numero omnes impios, qui errant in terra, propterea amaui admonitiones tuas. Sic eraſiſti impios, ut exhorruerit præ metu caro mea; & à iudicijs tuis, ſecundum quæ de impijs ſupplicium ſumpſiſti, exterritus fuerim.

ע Ain. Feci iudicium.

Facere ſoles, quod iuſtum eſt & æquum, quare non relinques me tyrannidi opprimentium me. Inſtiga ſeruum tuum ad bonum, ne opprimant me ſuperbi. Oculi mei caligare cœperunt,

proſpe-

proſpectantes diu, num alicunde adue-
niret ſalus abs te, uerbo iuſtitiæ tuæ pro-
miſſa. Fac cum ſeruo tuo ſecundum
benignitatem tuam, ut mandata tua do-
ceas me. Seruus tuus ego ſum, quare
eam mihi tribue mentem, ut intelligere
queam ceremonias tuas. Tempus ap-
petit, quo ſumpturus es ſupplicium Do-
mine de impijs: nihili enim fecerunt do-
ctrinam tuam. Quare amaui præce-
pta tua magis quàm aurum etiam purga-
tiſsimum. Propterea mandata tua o-
mnia iudicaui eſſe iuſtiſsima, & omne
genus uitæ fucatum odio habui.

פ Phe. Mirabilia.

Admiratione dignæ ſunt ceremoniæ
tuæ: quare obſeruauit eas anima mea.
Initium uerborũ tuorum lumen adfe-

ret, & docebit prudentiam imperitos.

Ore meo ueluti hiabam, ut aſſequerer prudentiam: mandata enim tua uehementer amaui. *Reſpice me & miſerere mei, quomodo miſereri ſoles eorum, qui amantes ſunt nominis tui.* *Fac tendãt omnia ſtudia mea in uerba tua, & ne ſinas in me dominari ullam iniquitatem.*

Libera me à calumnia hominis, ut cuſtodire liceat mãdata tua. *Fac clarè appareat fauor uultus tui ergà ſeruũ tuũ.*

Riui aquarum effluxerunt ex oculis meis, propterea quòd aliò me abduxerint, & non ſeruauerint legem tuam.

צ Tſade. Iuſtus es.

Iuſtus es Domine, & rectũ iudicium tuum. *Adeſſe uoluiſti iuſtitiam ſtatutis tuis, & ueritatem ualde.* *Moleſtiſsimè*

mè tuli, quòd cõtempſerint uerba tua ho
ſtes mei. Purus eſt per omnia ſermo
tuus ualde, quare ſeruus tuus amauit eũ.

Iuuenis ſum ego & contemptui illis,
mandata tamen tua non ſum oblitus.

Iuſtitia tua iuſtitia perpetua, & lex
tua ſtabilis. Quoties aduerſi aliquid,
& quod me premeret, accidiſſet, manda
tis tuis conſolabar me. Iuſtitia comi-
tabitur præcepta tua perpetuò, fac ut in-
telligam hoc, & uiuam.

ק Coph. Clamaui.

Imploraui auxilium tuum toto pecto
re: audi, quæſo, me Domine, ut poſsim im
plere mandata tua. Clamaui ad te,
ſerua, quæſo, me, ut cuſtodiam ceremo-
nias tuas. Ante diluculum euigilaui,
& clamaui, quòd ſpes mihi omnis eſſet

in

in promiſsionibus tuis. Anteuerterũt *oculi mei uigilias nocturnas, ut exerce=rem me in uerbis tuis.* Vocem meam *audi pro benignitate tua, ſecundum iu=dicia tua uitam dona mihi* Domine.

Magno conatu egerũt, qui perſequun tur me, ut ſcelerata deſignarent: quare lege tua abſunt quàm rèmotiſsimè.

Propè *ades tu* Domine, *et omnia m data tua æquitas.* Ab *initio cogn de admonitionibus tuis, quòd perpe ſtabiles eſſe uolueris eas.*

ר Res. Vide humil.

V*ide afflictionẽ meam, & libera quia doctrinæ tuæ non ſum oblitus.*

Patrocinium *ſuſcipe cauſæ meæ. redime me iuxta uerbum tuum, ne p... uitã adimi mihi.* Procul *abeſt ab im=*

pijs

impijs ſalus: quia mandata tua non fue- runt curæ illis. Infinitis modis miſe- ricors es Domine, ſecundum conſtitutio- nes tuas æquiſsimas uitam tribue mihi.

Multi ſunt, qui perſequuntur me, & hoſtes mei numero ſunt plurimi, à conſti- tutionibus tamen tuis non declinaui.

Aſpiciebam præuaricatores, & inua ſit me horror propter amentiam illorũ, quòd uiderem mandata tua non obſerua ri ab illis. Reſpice miſericorditer me, quia mandata tua amaui, Domine pro tua benignitate miſereat te mei. Caput & ſumma uerborũ tuorũ ſtabilitas, per- petuò durabit æquiſsimũ iudicium tuum.

ש Schin. Principes.

Potentes principes perſecuti ſunt me, quos non tantopere metui, q̃ timui ex

animo

fidei pleniſsima ſunt: quare, quũ ſine cau ſa perſequantur me, auxilio ſis mihi tu.

Tantũ non proſtrauerunt me in ter- ram, ego tamẽ nõ deſerui præcepta tua.

Pro benignitate tua in uita conſerua me, ut cuſtodire poſsim doctrinã oris tui.

ל Lamed. Inæternum.

Perpetuò Domine quicquid unquam fieri uoluiſti ſtabile erit in cœlis. In ge nerationem & generationem conſtan- tia tua in promiſsis durabit: ſtabilem eſſe uoluiſti terram, & ſtabilis erit. Qui- bus modis unumquodq; ſubſiſtere uolui- ſti, uſq; in hodiernum diem ſubſiſtit: om- nia enim obediunt imperio tuo. Niſi doctrina tua recreaſſet me, tum mœrore perijſſem, quũ affligerer tam periculoſe.

Nunquam obliuiſcar mandatorũ tuo-

rum

rum:per ea enim ſeruaſti uitam mihi.

Tuus per omnia ſum ego, ſerua me: mandata enim tua ſcrutatus ſum. Ex-pectãtes obſeruauerũt impij me, ut per-derent, ſed ex conſtitutionibus tuis intel-ligebã, quid facere contrà oporteret me.

Nihil tam abſolutum, cuius non uide-rim interitum, præter latiſsimè ſe exten dens mandatum tuum.

מ Mem. Quomodo.

Quàm amaui legem tuam? toto die ipſa fuit occupatio mea. Inimicis meis prudentiorẽ feciſti me mandatis tuis, nec unquã ſinã me auelli ab illis. Vniuer-ſis, qui me docere conati ſunt, prudẽtior euaſi, idq; ꝓpter iugẽ cõſtitutionũ tuarũ meditationem. Ipſos ſenes prudentia ſuperaui, quòd mandata tua cuſtodirem.

Ab omni ſemita mala auerte pedes meos,ut cuſtodire cõmodius poſſim uerba tua. A *iudicijs tuis non receſsi:tu enim docueras me.* Q*uàm fuerunt ſuauia palato meo uerba tua? certè magis quàm ori mel ullum eſſe poſsit.* P*ræceptis tuis prudens fiam: quare & odio proſequar omnem ſemitam mendacij.*

נ Nun. Lucerna ped.

I*nſtar lucernæ fuerunt pedibus meis uerba tua; & ueluti lux iuxta ſemitam mihi.* I*uraui & perſiſtam in propoſito ſeruandi, quicquid æquiſsimo iudicio præcepiſti.* A*fflictus ſum uehementer* Domine*,in uita cõſerua me, ſicut pollicitus es uerbis tuis.* P*ias has oblationes oris mei gratanter,quæſo,accipe* Domine*, & iudicia tua doce me.* V*itam*

meam

meam ueluti in manu omnibus expoſitã porto: doctrinæ tamen tuæ in malis tam præſentibus non ſum oblitus. Expanderunt impij rete in perniciem meam, à mandatis tamen tuis ego non aberraui.
Poſsidere conſtitui cõſtitutiones tuas tota uita mea: oblectationi enim cordi meo ſunt. Accõmodaui animũ meum, ut opere præſtem præcepta tua uſq; in finem uitæ meæ.

ס Samech. Iniquos.

Sceleratos odio habui: legem autem tuam amaui. Latibulum & ſcutum es mihi tu: quare in uerbis tuis totam ſpem meam collocaui. Recedite à me improbi, ne impedimento ſitis mihi mandata Dei mei cuſtodire uolenti. Conforta me uerbis tuis ut uiuam, neq; fru-

ſtreris me ſpe mea. Suſtenta me & ſaluus ero, & oblectabo me mãdatis tuis quoad uixero. Conculcaſti uniuerſos, qui recedunt clàm à mandatis tuis: propterea quòd ſubdola eſt cogitatio illorum. Veluti ſcoriam eraſiſti è reliquo hominum numero omnes impios, qui errant in terra, propterea amaui admonitiones tuas. Sic eraſiſti impios, ut exhorruerit præ metu caro mea; & à iudicijs tuis, ſecundum quæ de impijs ſupplicium ſumpſiſti, exterritus fuerim.

ע Ain. Feci iudicium.

Facere ſoles, quod iuſtum eſt & æquum, quare non relinques me tyrannidi opprimentium me. Inſtiga ſeruum tuum ad bonum, ne opprimant me ſuperbi. Oculi mei caligare cœperunt, proſpe-

proſpectantes diu, num alicunde adue-niret ſalus abs te, uerbo iuſtitiæ tuæ pro-miſſa. Fac cum ſeruo tuo ſecundum benignitatem tuam, ut mandata tua do-ceas me. Seruus tuus ego ſum, quare eam mihi tribue mentem, ut intelligere queam ceremonias tuas. Tempus ap-petit, quo ſumpturus es ſupplicium Do-mine de impijs: nihili enim fecerunt do-ctrinam tuam. Quare amaui præce-pta tua magis quàm aurum etiam purga-tiſsimum. Propterea mandata tua o-mnia iudicaui eſſe iuſtiſsima, & omne genus uitæ fucatum odio habui.

פ Phe. Mirabilia.

Admiratione dignæ ſunt ceremoniæ tuæ: quare obſeruauit eas anima mea. Initium uerborũ tuorum lumen adfe-

ret, & docebit prudentiam imperitos.
Ore meo ueluti hiabam, ut aſſequerer prudentiam: mandata enim tua uehementer amaui. Reſpice me & miſerere mei, quomodo miſereri ſoles eorum, qui amantes ſunt nominis tui. Fac tendãt omnia ſtudia mea in uerba tua, & ne ſinas in me dominari ullam iniquitatem.
Libera me à calumnia hominis, ut cuſtodire liceat mãdata tua. Fac clarè appareat fauor uultus tui erga ſeruũ tuũ.
Riui aquarum effluxerunt ex oculis meis, propterea quòd aliò me abduxerint, & non ſeruauerint legem tuam.

צ Tſade. Iuſtus es.

Iuſtus es Domine, & rectũ iudicium tuum. Adeſſe uoluiſti iuſtitiam ſtatutis tuis, & ueritatem ualde. Moleſtiſsime

mè tuli, quòd cōtempſerint uerba tua hoſtes mei. Purus eſt per omnia ſermo tuus ualde, quare ſeruus tuus amauit eū.

Iuuenis ſum ego & contemptui illis, mandata tamen tua non ſum oblitus.

Iuſtitia tua iuſtitia perpetua, & lex tua ſtabilis. Quoties aduerſi aliquid, & quod me premeret, accidiſſet, mandatis tuis conſolabar me. Iuſtitia comitabitur præcepta tua perpetuò, fac ut intelligam hoc, & uiuam.

ק Coph. Clamaui.

Imploraui auxilium tuum toto pectore: audi, quæſo, me Domine, ut poſſim implere mandata tua. Clamaui ad te, ſerua, quæſo, me, ut cuſtodiam ceremonias tuas. Ante diluculum euigilaui, & clamaui, quòd ſpes mihi omnis eſſet

in

in promiſsionibus tuis. Anteuerterũt *oculi mei uigilias nocturnas, ut exerce=rem me in uerbis tuis.* Vocem meam *audi pro benignitate tua, ſecundum iu=dicia tua uitam dona mihi* Domine.

Magno conatu egerũt, qui perſequuntur me, ut ſcelerata deſignarent: quare à lege tua abſunt quàm rèmotiſsimè.

Propè *ades tu* Domine, *et omnia mandata tua æquitas.* Ab *initio cognoui de admonitionibus tuis, quòd perpetuò ſtabiles eſſe uolueris eas.*

ר Res. Vide humil.

V*ide afflictionẽ meam, & libera me, quia doctrinæ tuæ non ſum oblitus.*

P*atrocinium ſuſcipe cauſæ meæ, & redime me iuxta uerbum tuum, ne ſinas uitã adimi mihi.* Procul *abeſt ab im=*

pijs

impijs ſalus: quia mandata tua non fue-
runt curæ illis. Infinitis modis miſe-
ricors es Domine, ſecundum conſtitutio-
nes tuas æquiſsimas uitam tribue mihi.
Multi ſunt, qui perſequuntur me, &
hoſtes mei numero ſunt plurimi, à conſti-
tutionibus tamen tuis non declinaui.
Aſpiciebam præuaricatores, & inua
ſit me horror propter amentiam illorũ,
quòd uiderem mandata tua non obſerua
ri ab illis. Reſpice miſericorditer me,
quia mandata tua amaui, Domine pro
tua benignitate miſereat te mei. Caput
& ſumma uerborũ tuorũ ſtabilitas, per-
petuò durabit æquiſsimũ iudicium tuum.

ש Schin. Principes.

Potentes principes perſecuti ſunt me,
quos non tantopere metui, q̃ timui ex

animo

animo, ne à uerbis tuis diſcederem.
Plus capio uoluptatis ex uerbis tuis, quàm qui inuenit theſaurum maximum. Mendacium & uanitatem odio habui, & execratus ſum, legem uerò tuam amaui. Septies per diem laudaui te, propter normas uiuendi æquiſsimas præſcriptas à te. Pax multiplex amatoribus legis tuæ, nec ullum ſentient offendiculum. Expectaui ſalutẽ abs te Domine, & mandata tua ſeruaui. Cuſtodiuit anima mea ceremonias tuas: amat enim eas ualde. Cuſtodiui mandata tua & ceremonias tuas: omnes enim uiæ meæ notiſsimæ ſunt tibi: nec ulla illarum latet te.

ת Tau. Appropinquet.

Admittatur clamor meus in conſpe-

ctum tuũ, imò ad aures uſq; tuas:uerborum tuorum intelligentiam præbe, quæſo, mihi. Perueniat precatio mea uſq; in conſpectum tuum: & quemadmodũ promittunt uerba tua, è malis eripe me. Loquentur labia mea laudes tuas, ubi tu docueris me mandata tua. Cantabit lingua mea uerba tua: omnia enim iudicia tua ſunt æquiſsima. Sit manus tua auxilio mihi: mandata enim tua elegi. Optaui mihi ſalutem abs te Domine: lex enim tua oblectatiõi ualde fuit mihi. Viuat anima mea, ut laudibus extollere poſsit te, & iudicia tua robur addant mihi. Aberraui ſicut ouicula, quæ peritura uidetur, require ſeruum tuum: mandata enim tua non ſum oblitus.

Ad Dominum. Pſal. 120

AD Dominum quũ peſsimè eſſet mihi, clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animam meã ab homine bilingui & fraudulento.

Quantũ putas nocet tibi lingua fraudulenta? Profectò quantũ ullæ ſagittæ, quas iaculatur fortiſsimus quiſq; uir arcu, easq́; acutas, quarũ acies interuolandum tantum concipiet ardoris, quantum habere ſolent carbones iuniperorũ.

Male agitur mecum, quòd exulem in Meſech, & habitare cogar in tabernaculis Cedar. Longa uidetur animæ meæ mora, qua inuitus detineor inter eos, qui pacis ſunt oſores. Mihi nil magis erat cordi quàm pax, ad quã ſi hortabar eos, nõ ſolũ non amplectebãtur eam,

ſed

ſed bellum potius inferre conabantur.

Leuaui oculos. Pſal. 121

CIrcunferebam oculos meos ueluti ſtans in monte, ſicunde uiderem forte ferri ſuppetias mihi. Ve*rùm deprehendi nullum eſſe mihi ſperandum auxiliũ, niſi à ſolo* Domino, *qui autor eſt cœli & terræ.* *Ille enim non ſinet uacillare pedes tuos, nec dormiet unquam cuſtos ille tui.* *Profectò neq; dormiet unquàm, neq; uel leuiter obdormiſcet, qui curat Iſraelē.* *Bono animo ſis, dominus curat te & tua: erit inſtar umbraculi tibi ad dexterā manũ adſtans aſſiduè.* *Hoc umbraculo fiet, ne ardor interdiu lædat te, neq; luna frigore ſuo noctu.* *Dominus curabit, ne ullũ malum infeſtet te: curam enim geret animæ tuæ.*

Domino curãte proſpera erit profe-ctio quæcũq; tua, & reditus tuus in pa-triam, à prima hora uſq; in finem uitæ.

Lætatus ſum in. Pſal. 122

G*Audebam ex animo, quum dice-rent mihi, in domũ* Domini *ibi-mus.* *Stabunt pedes noſtri, in portis tuis* Hieruſalem. *In portis in-quã* Hieruſalem *ſic extructæ, quẽadmo-dum erat olim, quũ eſſet ciuitas, ad quam ſtatis anni temporib. confluebat populus uniuerſus, et recipiebatur cõmodiſsimè.* *Eò enim proficiſci ſolent tribus, tri-bus inquam, & tota turba* Iſraelitici *po-puli, ut laudarẽt nomẽ* Domini. *Quo tempore ibi collocabuntur ſedes ad exer-cenda iudicia, & ſolium familiæ* Dauid. *Optate pacẽ ipſi* Hieruſalẽ, *feliciter*

eue-

eueniant omnia illis, qui bene uolunt & amant eam. Sit pax, & nemo inſiſtet ualla tua, proſpera ſint omnia in palatijs tuis. Propter fratres meos & amicos meos optabo etiã nunc, ut omnia proſperè eueniant tibi. Propter domum Domini dei noſtri, modis omnibus prodeſſe cuperem tibi.

Ad te leuaui. Pſal. 123

AD te ſubleuaui oculos meos, ò habitator cœlorũ. Quemadmodum enim oculi ſeruorũ obſeruant manus dominorũ ſuorum, & oculi ancillæ obſeruant manũ dominæ ſuæ, ut longo labore fatigati cibũ accipiant: ad eundẽ modũ oculi noſtri obſeruant Dominũ Deum noſtrũ, ut ille miſereatur noſtri. Miſereat te noſtri Domine, miſe=

reat inquam te noſtri: mirificè enim & ad nauſeam uſq; repleti ſumus contumelia. Vehementer & ad ſaturitatem uſq; plena eſt, & concoquere intra ſe cogitur anima noſtra inſultationem locupletum, & contumeliam hominum uiolenter ſuperborum.

Niſi quia Dñs. Pſal. 124

NIſi Domini beneficio, qui adfuit nobis, ſeruati eſſemus, fateatur ingenuè nunc populus Iſrael.

Niſi Domini inquã beneficio, qui adfuit nobis, ſeruati eſſemus, quo tempore inſurgebat animo hoſtili hominũ multitudo in nos. Tum uiuos deglutiuiſſent nos: erant enim furioſiſsimi, & ira maximè accenſi in nos. Tum undæ malorum obruiſſent nos, & fluuius tranſijt

per animas noſtras. Tum tranſiſſent inquam per animas noſtras undæ malorum profundiſſimæ. Omni laude maior Dominus, qui non permiſit nos prædam fieri dentibus illorum. Quin potius animæ noſtræ liberatæ ſunt, quemadmodũ captus paſſer, qui præter ſpem elabitur è reti aucupis: rete enim frangebatur, & quomodo ille auolauit, ita & nos liberati ſumus. Fortitudo noſtra ſita eſt in fauore & auxilio nominis Domini qui autor eſt cœli & terræ.

Qui confidunt. Pſal. 125

QVotquot credunt ſe Domino, erunt ſicut mons Sion, qui nunquã tolletur de loco ſuo. Hieruſalem montes quidem habet in circuitu, uerùm illi non hoc poſſunt in deſenſionem

ſionē ciuitatis, quod Dominus, qui adeſt populo ſuo à prima hora uſq; in perpetuum. Quare non ſinet ſedem figere eum, qui ſceptro impietatis tyrannidem exercet, in ea loca, quæ ueluti diuina ſorte obuenerunt iuſtis, ne & iuſti ipſi extēdant ad perpetranda ſcelera manus ſuas. Benefac Domine bonis, & his, qui cādido ſunt pectore. Illos uerò, qui alijs præcipitia parant, ire ipſos per præceps coget Dominus, quemadmodū homines ſceleratos æquum eſt: tranquillitas autē & pax erit apud Iſraelitas.

In conuertendo. Pſal. 126

QVum reuocaret Dominus ab exilio nos, qui captiui ex Sion abducti fueramus, præ gaudio uiſi ſumus nō aſſecuti tātū boni, ſed ſomniare.

Tum

Tum implebatur os noſtrum riſu, & lingua cantu, tum dicebant gentes, quæ nos captiuos detinuerant, ſupra modum magna ſunt & ſtupenda, quæ facit Domi*nus in gratiam horũ.* Ita *profecto res habet, ut dicitis: magna enim ſunt, quæ* Dominus *noſtra cauſa facere inſtituit: quare gaudio affecti ſumus maximo.*

Perge Domine *reuocare nos è capti= uitate cum eo gaudio & fructu, quo ter= ra ſitiens excipit fluentes per eam riuu= los aqua plenos.* In *quam qui ante ir= rigationem iecerant ſemen, deſperantes propemodũ, & cum fletu, illi metẽt, quæ prouenerunt de improuiſo cum gaudio ſummo.* Hi *enim ſoliciti ibant & flen tes portabant in ſterilem illum agrũ ſe= men precioſum iacturi: uerùm redeuntes*

gaudio pleni referrunt manipulos expectatione ſua longè plures.

Niſi Dominus. Pſal. 127

S*I Dominus non extruxerit domũ, fruſtra ſudabunt laborantes, qui conantur extruere eam: ſi Dominus non cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilabit, cui cura incumbit cuſtodiendi eã.*

Nihil ſuccedet uobis, etiam ſi ſummo manè ſurrexeritis, & ſurſum ac deorſum curſitantes ſedere recuſaueritis, non aliter ſudantes, quàm qui ſummis laboribus uictum ſibi parant: quod enim uos ueſtro ſtudio fruſtra perficere conamini, id Dominus dabit illi quem diligit, ſine negotio. Ecce hæreditas, quã Dominus dat, filij ſunt, & præmium præcipuum, fructus uentris. Quanta eſt uis in ſagittis

gittis quas iaculatur arcu uir quantumuis fortis, tanta eſt in filijs adoleſcētibus.

Felix ille uir qui plenam habet pharetram telis eiuſmodi: is enim non ſuffundetur pudore quotieſcunq; contigerit illū filijs comitatū contēdere cū aduerſarijs ſuis in porta, & frequentia populi.

Beati omnes qui. Pſal. 128

Felix ille quiſquis timens eſt Dei, & uiuit ſecundum præſcripta illius. Proſperabitur labor manuum tuarū quiſquis es talis, & cibum ſuppeditabit, quē comedas: feliciter euenient oīa tibi, et diues fies. Vxor tua ſimilis erit uiti fructiferæ, quæ ſeſe ꝓpagabit per oīa latera domus, & filij tui ueluti plātulæ oliuarū cingentes menſam tuā.

Ad hūc profecto modū locupletabitur uir

uir, qui reueretur Dominũ. Felicem faciet te Dominus ex Sion, quiſquis talis es: uidebis enim & particeps fies felicitatis promiſſæ ipſi Hieruſalẽ cunctis dieb: uitæ tuæ. Videbis prætereà, & uoluptatem capies ex filiorum tuorum filijs, quòd tranquillè & ſumma cum pace uerſari conſpicies eos inter Iſraelitas contribules ſuos.

Sæpe expugnauerũt. Pſal. 129

Vehemẽter nocere conati ſunt mihi ab annis plurimis, & ueluti ab ineunte ætate dicere poterit meritò Iſrael. Miris inquã modis nocere conati ſunt mihi ab ineunte ætate, ſed non potuerũt ſubuertere me. Dorſo meo tantũ oneris impoſuerunt, ut ſigna in eo apparuerint, qualia aratores

agris

agris imprimere ſolent, & ueluti ſulcos longos induxerint. Sed Dominus iuſtus rupit funes, quibus aſtrinxerant impij me. Pudefiant, & in fugam conuertantur, quotquot odio habent Sion.

Fiant ſimiles herbæ creſcenti in tectis domorum, quæ priuſquàm in eam magnitudinem excreuerit, ut demeti poſsit, exaruit. Qua non dignabitur manum implere, & domũ deferre ullus meſſor: nec ſinum is, qui precariò manipulos à meſſorib. præteritos colligere ſolet, pauper. Nec ulli prætereuntes dixerunt, Proſperè eueniat hæc ſeges, Domini beneficio, uobis: nec digna uiſa eſt cuiquam, ut diceret, Optamus uobis felicem à Domini benignitate meſſem.

De profundis. Pſal. 130

QVum tantum non obrutus eſſem profundiſsimis malorum undis, tuum auxilium implorаui.

Domine exaudi uocem meam, ſint, quæſo, aures tuæ attentæ ad lamentabiles precationes meas. Si ſcelerum, quæ admiſimus, perpetuò memor eſſe uolueris, & ueluti repoſita ſeruare apud te Domine, ſubſiſtere quis poterit? Quare hoc potius ſequere, quod genuinum eſt tibi, ut remittas miſericorditer peccata noſtra, & clementer erigas collapſos, ſicq; ad ſynceram uenerationem tui inuites. Expectaui ſedulò Dominũ, expectauit & anima mea: & quia promiſerat ſe adfuturũ, nunquam dubitaui, quin eſſet ſtaturus promiſſo. Anima mea ar

dentius

dentius expectat aduentũ Domini,q̃ uigiles nocturni tẽpus matutinũ: uigiles inquã, qui ſomno grauati, matutinũ expectant tempus, quo dormire liceat ipſis.

Expectet, ſi ſapit, quiuis ex Iſrael Dominum: eſt enim natura miſericordiſsimus, & ſuapte natura ad ſuccurrendum propenſißimus. Quare ipſe liberauit Iſraelem ex omnibus, quantumuis fuerint uariæ, iniquitatibus eius.

Dñe non eſt. Pſal. 131

Domine non fui animo unquã elato, neq; oculis nil niſi magna ſpectantibus: neq; ambiui magna, et quæ miris modis eſſent ſupra me. Si nõ ſic cõpoſui, & cõpeſcui animũ meũ, ne alius ſibi uideretur collatus tecum, quàm infans ab uberibus matris ſuæ recens

depulſus

depulſus, qui ſolus figere greſſus non poteſt,ſed matris ſuſtentatur manu: ſi non ita ſemper me iudicaui ſine tuo auxilio nihil poſſe, & animam meam eiuſmodi infanti ſimilẽ,fruſtrer ſpe mea penitus.

Expectet,*ſi ſapit,quiuis ex* Iſrael Do*minum, & pendeat ab eo ab hac hora aſsiduè uſq; ad finem uitæ.*

Memento Dñe. Pſal. 132

R*Ationem habe* Domine,*idq; in bonum ipſius* Dauid, *malorum quæ perpeſſus eſt plurima.* Qui *et iuramento ſeſe obſtrinxit,& ſanctè promiſit ei, per quem poteſt quicquid poteſt* Iacob. Se *non ingreſſurum ædes ſuas, neq; aſcenſurum lectum ſuum.* Neq; *permiſſurum oculis ſuis,aut palpebris ſomnum.* Priuſquàm *inueniſſet locũ extruendo*

truendo altari Deo gratum, & tabernacula in uenerationem illius, per quē fortis eſt poſteritas Iacob. Ecce de improuiſo inuenimus locum illum in Ephrata: inuenimus inquam illum in campis ſyluoſis. Eamus ergo in tabernacula, quæ ipſe elegit ſibi, proſternamus nos ſupplices ante ſcabellum pedum illius. Exurge Domine & ueni in eum locum, quem ad hoc elegiſti tibi, ut præ cæteris peculiariter requieſcas in eo: ueni inquam tu, & arca, per quam ſæpe omnipotentia tua apparuit. Sacerdotes tui induant iuſtitiam, ut ſancti tui habeant, quur ſeriò exultent. Propterea quòd Dauid ſeruus tuus ipſe orat, ne auertas faciem à Chriſto tuo. Iuramento aſtrinxit ſe Dominus ipſi Dauid, et fidem dedit, quā

nunquàm uiolabit,dicens: De *fructu uen-
tris tui collocabo in ſolio tuo.* Si *custo
dierint filij tui pactũ meum,& ceremo-
nias,quas docturus ſum eos:filiorũ tuorũ
nepotes, & qui naſcentur ullo tempore
ab illis,in eodẽ regni ſolio propter te ſe-
debunt.* Elegit *enim* Dominus Sion, *
ſic amauit eam, ut habitare conſtituerit
in ea.* Hic *erit inquiens locus ad quie-
ſcendũ mihi perpertuò:hic habitaboquia
amaui eã.* Annonã *eius copioſiſsimã
faciã,egenis,qui in ea ſunt,cibũ ad ſatu-
ritatẽ uſq; ſuppeditabo.* Sacerdotes *e-
ius ueſtiã ſalute, cuius participẽ faciẽt et
plebẽ ut ſancti tui habeãt,quur ſeriò ex-
ultẽt.* Ibi *florere faciã cornu ipſius* Da
uid,paraui lucernã Chriſto *meo.* Ini-
micos illius induam pudore & infamia:

in

in capite autem illius fulgebit diadema.

Ecce quàm bonũ. Pſal. 133

DIci non poteſt, quàm bona ſit res & ſuauis, habitare unà fratres inter ſe concordes. Suauior erit eorũ concordia oleo illo fragrantiſſimo, quod fundi ſolet in caput, & defluere in barbã, barbam inquam ipſius Aaron, *& in oras deinde ueſtium illius.*

Suauior erit rore, qui deſcendit in montẽ Hermõ:*uel rore, qui deſcendit in montẽ* Siõ,*et illos, qui* Siõ *uicini ſunt, ubi cõſtituit* Dominus *inſignẽ illã munificentiam ſuam oſtendere, & uitam inſtituere, quæ duratura ſit perpetuò.*

Ecce nunc. Pſal. 134

EIa laudib. extollite Dominũ *quot quot eſtis cultores illius: nũquam*

enim ſatis laudare illum poteritis, etiam ſi totas noctes in templo Domini *lau/dantes perſtiteritis.* Leuate *manus ueſtras uerſus locum ſanctitati illius di/catum: & quantum poteſtis, laudibus extollite* Dominum. E *diuerſo* Do/*minus ille optimè faciet tibi è* Sion, *qui autor cœli eſt & terræ.*

Laudate nomen. Pſal. 135

L*Audibus extollite nomen* Domini: *laudibus inquam extollite uos, qui cultores & ſerui eſtis* Domini.

Qui *ſtatis in templo* Domini, *& in atrijs eſtis domus* Dei *noſtri.* Lauda/*te* Deum *ſeruatorem: benignus eſt enim* Dominus: *quare pſalmos canite in lau/dem gratioſiſsimi nominis illius.* Ele=*git enim ſua ſpõte* Iacob *ſibi ſeruator ille*

Deus

Deus,& Iſraelem, ut ſit illi ueluti ornamentum quoddam & gemma precioſa.

Ego certè noui magnum eſſe Dominum, & *Dominum noſtrum eſſe potentiorem reliquarum nationum uniuerſis nihili* Dijs. *Quicquid enim libitũ fuit unquam* Domino *facere,id factũ eſt, tam in cœlo,quàm in terra,& poteſtatem habet in uaſtiſsima illa maria,& in omnia quæ uſquam abſtruſa latent etiam in locis profundiſsimis. Qui extrahit nubes è terra infima parte orbis,& in aere loco editiſsimo collocat eas:qui fulgura cum pluuia miſcet, et educit uentum è locis abditis, tanquam theſaurorum ſuorum repoſitorijs. Qui percuſsit primogenita* Aegypti,*tam hominum,quàm reliquorum animalium. Qui immiſit*

ſigna iræ ſuæ terrifica, et portenta in me diam Aegyptū, quibus Pharaonem ter-ruit & omnes famulos illius. Qui per-cuſsit gentes numero plurimas, & reges occidit potentiſsimos. Seon regem A-morræorum, Og regem ipſius Baſan, & uaſtauit uniuerſa regna Canaan. Et dono dedit terram regum illorum ueluti patrimonium, patrimonium inquam ipſi Iſraeli, populo charo ſibi. Domine no men tuum nunquàm in obliuionem ue-niet: Domine memoria tui præueniet in generationem, & generationem, nec in-teribit unquam. Suſcipiet Dominus patrocinium cauſæ populi ſui contra ad-uerſarios: erga ſeruos autem ſuos clemen tiſsimè geret ſe. Statuæ gentium ni-hil ſunt quàm argentum & aurum, qui-

bus artificio humano, uel hæc inducta eſt, uel illa forma. Quare os quidẽ habere uidentur, ſed loqui non poterunt: et oculos, ſed quibus nihil uideant. Aures præterea, quibus nihil audiant: nares quoq; ſine ullo uſu, quum nullus appareat halitus in ore cuiuſquam illarum.

Similes fiant ſtatuis artifices illarum, quotquot ſpem ſuam ponunt in illis.

Poſteri Iacob laudibus extollite Dominũ, poſteri Aaron & uos laudate Dominum ſedulò. Poſteri Leui laudate Dominum: quibuſcunq; curæ eſt cultus domini, laudibus celebrate Dominum.

Omni laude maior eſt Dominus ob beneficia exhibita Sion, qui & factus eſt ueluti ciuis & habitator Hieruſalem. Halleluia.

Confitemini Dño. Pſal. 136

GRatias agite pro acceptis benefi
cijs Domino: æquum enim id eſt,
quòd duratura ſit perpetuò miſe
ricordia ipſius. Gratias agite Deo i-
pſorum angelorum: quòd perpetuò du-
ratura ſit miſericordia eius. Cũ gratia
rum actione laudate Dominum domino-
rum omniũ: quòd perpetuo duratura ſit
miſericordia eius. Eum qui facit admi
ratione digniſsima, ſua ſolius omnipoten
tia: quòd perpetuò duratura ſit miſeri-
cordia eius. Qui fecit cœlos ſumma
prudẽtia: quòd perpetuò duratura ſit mi
ſericordia eius. Qui expandit terrã
ſupra aquas: quòd perpetuò duratura ſit
miſericordia eius. Qui fecit lumina-
ria magna, quòd perpetuò duratura ſit
miſe-

miſericordia eius. Ipſum ſolē, ut præſit diei: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Ipſam inſuper lunā & reliquas ſtellas, ut præſint nocti: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Qui graui damno affecit Aegyptū, quū percuteret primogenita illius: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Vt educeret Iſraelem è medio illorū: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Idq; manu robuſta, & brachio fortiter extento: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Qui diuiſit mare rubrum in partes: quod perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Et perduxit Iſraelem per mediū illius: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Subuertit Pharaonem & exercitum

illius in codē illo mari rubro: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Qui duxit populū per ipſum deſertū, quod nulli antea fuerat peruiū: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Qui percuſsit reges potentes: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Et occidit reges fortes: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Seon regem Amorræorum: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Et Og regem ipſius Baſan, quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Et dedit poſsidendā terram, quam illis ademerat: quod perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Poſsidendam inquā Iſraeli ſeruo ſuo: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Qui quoties

premebamur, miſericorditer rationem habuit noſtri: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Et eripuit nos à tyrannide illorum, qui nos uexabant: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.

Qui cibum tribuit uniuerſæ carni: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius. Cum gratiarum actione laudate Deum, *qui omnipotentia ſua autor eſt ipſius: quòd perpetuò duratura ſit miſericordia eius.*

Super flumina Babylonis.

Pſal. 137

I*Vxta flumina* Babylonis *quum olim ſederemus amarè: propterea quòd in mentem ueniſſet nobis tui ô* Sion. *Et ad ſalices, quæ erant in media* Babylone, *ſuſpendiſſemus citharas noſtras.*

Hoſtes

Hoſtes qui captiuos abduxerant nos, impetrare conabantur à nobis modulos illos, quibus carmina noſtra modulari cō ſueueramus: & qui inſultabant maniſe=ſtè nobis, iubebant nos ſigna lætitiæ edere. Cantate, inquientes, nobis unum ali/quod ex carminibus Sion. Tanquam cantare nobis libuerit laudes Domini in ea terra, quæ ſtatuas & nihili Deos pro uero colit. Si unquam oblitus fuero tui Hieruſalē, et dextera mea officij ſui obli=lita citharam pulſauerit in gratiam alterius quàm unius Dei mei. Opto, ut ſic hæreat lingua mea, ne poſsim loqui: imò & palato meo affigatur, ſi non quoad uixero, memor fuero tui: & ſi nō præpo/ſuero laudes ipſius Hieruſalē ſummo gaudio, quod unquā cōtingere poterit mihi.

Ratio=

Ratione̅ habe Domine & perpende, qualia ſint, quæ deſignant in nos Idumæi hoſtes hi noſtri, & quàm crudeliter tractauerint Hieruſalem, quo te̅pore expugnauerũt eã: quũ dicere̅t mutuo ſeſe adhortantes. Vaſtate, crudeliter uaſtate, uſq; ad fundame̅ta ſubuertite eã. Filia Babylonis, quæ nũc exultas inſole̅ter, miſera uere es, quanquã ignoras: felicior enim te ueniet, qui talione̅ reddet tibi, & ſuppliciũ de te ſumet pro co̅tumelia, qua affeciſti nos. Fortunatus ueniet uictor, qui & te apprehe̅det, & infantes ab uberibus tuis dependentes illidet in lapides.

Confitebor tibi. Pſal. 138

FAtebor te uerũ Deum, idq; toto pectore, etiã palàm, et inuitis aliarũ nationũ omnibus dijs ego te pſalmis

exploratiſsima. Profectò ne uoculam quidē ullam ſonare poterit lingua mea, quin & tu Domine, dictu mirū, ſcias per omnia melius me, quid uelim illa. Retrò & antè formaſti me, & impreſsiſti manu tua certam formam in me. Mirum in modum excedit captum meū horum, quæ tu facis, ratio: & artificij cognitio tam eſt ſupra me, ut nullo modo queam pertingere ad illam. Quò abire hinc potero, ut fugiam notitiam tuam? & quò fugere potero, ut conſpectum tuum lateam? Si aſcendero in cœlum, aderis ibi & tu: ſi deſcendero in infima loca terræ, res mira, & illic ego offendam te. Si contingat mihi ea uelocitas, quæ eſt orientis, ut uno die uehar in extremum occidentem.

*Profectò etiam illuc perferret me ma-
nus tua, & ſuſtentabit me dextera tua.*

*Si dixi, fortaſsis occultabunt me tene
bræ, deprehēdi citò ſtultitiam meam: nox
enim non magis contexit me, quàm me-
ridiana faceret lux.* Nullæ *enim tene-
bræ obſcurare ſic quicquam poterunt, ut
latêre queat te: & nox tantum præbet
luminis tibi, quantū dies ipſe: ſunt enim
hoc ipſum tenebræ apud te, quod ipſa
lux clariſsima.* Nec *mirum ſi nihil te-
lateat mei, quum ſecretiſsimas corporis
mei partes ipſe poſsideas, & compege-
ris me incredibili artificio in abditiſsima
parte uentris genetricis meæ.* Meritò
*fatebor te omni honore & ueneratione
dignum: ob mirabilia enim miracula tua
affectus ſum mirificè: ſtupenda enim ſunt*

E *opera*

opera tua, quòd ingenuè agnoſcit animus meus, & modis omnibus ſupra captum ſuum eſſe ea confitetur. Non eſt *ullum os intra me loco tam occulto ut lateat te, quamuis cōpoſitus ſim totus ego in loco uehementer abdito, & ueluti tapetum è neruis & uenis contextus ſim in utero matris, loco magis abdito, quàm ullum eſt antrum terræ.* Quum *rude adhuc & informe eſſet ſemen unde naſciturus eram, penitiſsimè illud perſpexerunt oculi tui: & ueluti in libro apud te deſcriptam habes omnium membrorum meorum rationē, quæ etſi non niſi multis diebus in iuſtam magnitudinē excreſcere poſsint, apud te tamen ò* Domine *non eſt ea dierū uarietas, ſed unus perpetuus dies.* Interim mihi quàm in-

comprehenſibilia facta ſunt conſilia tua
omnipotens Deus, quàm ſupra modum
ingentes factæ ſunt ſummæ illorum?
Si enim numerare coner ea, facilius
arenas numerauero, quæ iacent in litto-
ribus maris: & ſi peruigil durauero to-
ta uita mea in enumerandis illis, idem e-
gero. Num tandem occides Deus im-
pium & uiros ſanguinarios, quibus to-
ties dico, recedite à me? Loquebantur
de te ſcelerate, & uſurpabant contem-
ptim nomen tuum hoſtes tui. Nónne
odio habentes te Domine odio habebam,
& contra inſurgentes in te ira excande-
ſcebam? Ita profectò: maximo enim
odio proſequebar illos, & pro inimicis
habebã illos. Fac periculum mei om-
nipotẽs Deus, & cognoſce cor meũ, ex-

plora me,et cōſidera cogitationes meas.

Et uide an tale ſtudium irritandi te ſit in me,qualc eſt in impio: quod ſi fuerit, patiar æquo animo,ut more aliorum impiorum occidas me.

Eripe me. Pſal. 140

LIbera me Domine ab homine malo contra uirum ſceleratum protege me. Qui machinantur ſcelerata animis ſuis,& nihil quàm ad bella aſſiduè inſtigant. Exacuerunt linguas ſuas,ut magis ſint noxiæ,quàm ſerpentum:uenenum aſpidis admixtum habet ſermo illorum, quod latet ſub lingua in pectore illorum. Ita res habet.

Cuſtodi me, ne incidam in manus impij, & à uiro ſceleribus perpetrādis dedito ſerua me:conſtituerunt enim ſubuertere

tere greſſus meos. Abſconderunt homines ſuperbi laqueũ in perniciẽ meam, & funes expanderũt & rete iuxta uiã, quà iturus eram: pedicas prætcrea, quibus perderent me. Ita eſt. In his conſtitutus periculis ad te ſolum confugi, dicens, Domine tu Deus mihi es: præbe aures tuas Domine lamentabilibus precationibus meis. Deus Domine firmamentum ſalutis meæ, armaſti caput meũ, quoties confligendum fuit mihi cum hoſte armato undiq;. Quare ne ſinas, quæſo, nunc ò Domine uotorũ ſuorũ compotem fieri impiũ, ne habeant aduerſarij, quur exultent, & efferant ſeſe. Nequaquã ita fiat. Caput & ducem illorum, qui omni ex parte oppugnant me, peſtilens ſermo, & ad nocendum magno ſtudio compoſitus

poſitus,totũ inuoluat. Cadãt in eos carbones igniti, præcipitet eos Dominus in foueas tã ꝓfundas,ut nunq̃ poſsint emergere. Quiſqs fuerit maledicus & ꝓditor, nunq̃ ſtabilis erit in terra:quiſqs fuerit ſceleratus, illũ ſua malitia ſubuertet, et obijciet calamitatib. uarijs. Certè futurũ ſcio, ut tractet Dominus tandẽ cauſam eius,q affligitur,& ſuppliciũ ſumat de illis, q opprimũt humano auxilio deſtitutos Tũ iuſti celebrabũt nomẽ tuũ, ſedebũt quotquot cãdidi fuerint animo è regione uultus tui, perpetuò intuituri te.

Domine ad te. Pſal. 141

DOmine clamaui ad te, quare feſtina,quæſo,ſuccurrere mihi:aures præbe uoci meæ, quoties imploraruero auxilium tuum. Tam grata

fiat

fiat precatio mea, quàm eſt ſuffitus turis in uenerationem tui excitatus. Adhibe Domine frenũ ori meo, & cuſtodiam ianuæ labiorum meorum. Ne ſinas animũ meum propenſum fieri ad maledicentiã, nec ſtudijs delectari cũ impietate cõiunctis, exẽplo eorũ, qui uiri ſunt ſcelerati: nec tenear, quæſo unq̃ deſiderio comedendi parta rapinis, quãuis raptorib. ipſis ſuauiſsima uideantur. Verberet me potius iuſtus, et beneficij loco habiturus ſum: et ſi caſtiget me, uulnus illd' adeò capiti meo moleſtũ nõ erit, ut ꝑ ſaluberrimo medicamine amplexurus ſim illud: nec à ꝓpoſito deterrebit me, ſed ꝑgã potius orare Dominũ, ut ſeruet me q̃ alieniſsimũ à ſceleratis impiorum operibus.
Quando ſupplicium ſumetur, & ue-

luti præcipitabuntur de rupibus iudices eorum, tum ſentient, quanto fuiſſet illis ſatius auſcultare ſermonibus meis gratioſitate conditis, & à maledicentia diuerſis. Sicut qui amputant arbores, & findunt ligna, & per terrã ſpargunt huc atq; illuc, quæ amputata ſunt: ſic oſſa noſtra diſperſa fuerũt, et ſoluta præ metũ mortis: ad ipſum enim uſq; ſepulchrũ perueneramus. Quia in te Deus Domine oculi noſtri aſsiduè intenti ſunt, & in te ſpes mea omnis ſita eſt, ne ſinas perire animam meam. Cura, ne incidam in laqueum, quem extenderunt in perniciem meam, neq; incidam in uincula hominum ſceleratiſsimorum. Incidat in ſua ipſorum potius retia impij unà omnes, quoad ego ſaluus præteriero.

Voce

Voce mea. Pſal. 142

VOce mea ad Dominum clamabo, uoce mea ad Dominum precabor. Effundam ante ipſum orationem meam, afflictionem meam aperiam illi. Quo tẽpore animus meus mœrore conficiebat ſeſe, tu ſciebas inſontem illa perpeti me: eſt enim notiſsima tibi omnis ſemita & uita mea: aduerſarij interim mei in uia, per quam iturus eram, abſconderant laqueũ in perniciem mihi. Reſpiciebam nunc in partẽ dextrã, nunc in partẽ ſiniſtrã, ſed nullus occurrit, q agnoſceret me: deſperabã poſſe aufugere me: nullus enim aderat, cui curæ eſſet uita mea. Quare clamabam ad te Domine, & dicebã te eſſe fiduciam meam, nec eſſe inter uiuentes in ullo alio

ſpem ullam reliquam mihi. Auſculta *ad clamorẽ meũ:ſitq́; malorũ, quæ pluri ma perpeſſus ſum, tandẽ finis: libera me ab his, qui perſequũtur me: uiribus enim ſuperiores ſunt me.* Educ è carcere ani *mam meam, ut celebrare poſsim nomen tuum: tum ad me accurrẽt, & in modum coronæ iuſti cingent me, ubi ſenſerint te ultum iniuriam meam.*

Domine exaudi. Pſal. 143

DOmine exaudi precationẽ meã pro optima fide et æquitate tua, quam ſemper habes cum ſumma clementia coniunctam, reſponde deſiderio meo. Nec uelis ſummo iure cũ ſeruo tuo agere: nemo eſt enim uiuentium, qui ſic iuſtus ſit, ut non multa tu in eo ueriſsimè reprehẽdere poſsis. Auxilio

tuo

tuo maximopere opus habeo: perſequitur enim hoſtis me capitaliter, tantũ non proſtrauit in terrã uſq; uitã meã: habitare me cogit in locis obſcuriſsimis, quæ mortuorum ſepulchris ſimilima ſunt.

Mœrore cõficit ſeſe anima mea, torquet ſeſe cor meum. In memoriã reuocaui, quæ feciſti ſeculis ſuperioribus: diligenter animo reuolui uaria opera tua: in opere manuũ tuarum expendendo totus eram. Expandi manus meas ad te ſupplex, & anima mea, quum uerſarer in terra, ob ſiccitatẽ damnata, non aliò reſpexit, q̃ ad te. Ita res habet. Quare feſtina & reſponde uotis meis Domine, uix enĩ amplius apd' ſe eſt ſpiritus meus, ne abſcondas faciem tuam à me, ne fortè ſimilis fiam illis, qui decidũt in puteum.

Fac

Fac ſentiam manè clementiam tuam, de te enim pendeo totus: doce me qua uia quàm rectiſsimè eatur ad te: expectauit enim te ſummo deſiderio anima mea.

Eripe me ab hoſtibus meis Domine: *tuæ enim protectioni occultæ iam olim concredidi me.* Doce *me facere, quod placitum ſit tibi: tu enim es* Deus *meus: ſpiritus, quæſo, tuus ille benignus ducat me per eam uiam, quæ rectà ducit ad te.*

Propter nomen tuum Domine *uitam tribue mihi, pro tua iuſtitia educ ex anguſtijs animam meam. Pro fauore interim in me tuo ſubuertes inimicos meos, perdes, qui inſontem affligunt animam meam: ſeruus enim tuus ego ſum.*

Benedi-

Benedictus. Pſal. 144

MAior omni laude Dominus, qui robur tribuit mihi: & qui docet manus meas arma tractare, & cũ hoſtibus bella gerere, & digitos meos armat in prælium. Miris modis miſericors eſt erga me, & munit me, & fulcit me, & à malis omnibus liberat me: eſt mihi inſtar clypei, & in eo ſpem omnem meam collocaui: quare & ipſe obſequentem facit populum meum mihi. Domine quid uidiſti in homine, ut eum agnoſcere digneris? aut in filio hominis, ut tam exactè rationẽ habeas illius? Homo ipſi uanitati quàm ſimillimus eſt, dies uitæ illius obſcuri ſimiles ſunt umbræ, quæ aſsiduè magis ad noctis caliginem tendit. Inclina cœlos & deſcẽde: percute

cute ſuperbos illos reges, qui montibus ui
dentur ſimiles: ſentiant iram tuam, & ue
luti fumus euaneſcãt. Iaculare fulgur,
& diſperde eos: emitte ſagittas, & con-
turba eos. Demitte manũ tuã ab alto:
libera me, et eripe me ex aquis multis, et
à uiolẽtia hominũ, q̃ à diuino cultu alieni
ſunt. Quorũ os loq̃tur uanitatẽ, et dex
tera eorũ nullius eſt roboris. Deus nouã
habebo celebrãdi te carminib. meis occa
ſionẽ, nablo & decachordo pſallã in lau
dẽ tuã. Qui uictoriã ſalutarẽ tribuis
regib. & liberas ipſum Dauid ſeruũ tuũ
à gladio pernicioſo. Libera me et eripe
me à tyrãnide hominũ, qui à diuino cul-
tu ſunt alieni: quiq; ore ſuo mentiuntur,
& quorum dextera promittere uidetur
ſubſidium, quum nihil cogitet minus.

Vt ſint filij noſtri ueluti plãtulæ elegan ter auctæ in adoleſcẽtia ſua: filiæ noſtræ formoſæ ueluti angulares colũnæ ſummo ſtudio exornatæ, quales in templis & regum domibus cõſpiciũtur. Sint anguli noſtri pleni ſuppeditãtes oĩs generis annonã, greges noſtri in millia excreſcant: & cẽtena millia è caulis exeãt in plateas noſtras. Boues noſtri ſani, & ferendis onerib. apti, nihil eorũ, q̃ noſtra ſunt, aberret: nec ulla audiatur lamẽtabilis uox in plateis noſtris. Fortunatus popl's ille, cui cõtingũt huiuſmodi: beatus et ille populus, qui dominũ habet deũ ꝓpitiũ ſibi.

Exaltabo te. Pſal. 145

LAudibus efferam te mi Deus omnium rex, & laudabo nomen tuũ, quoad uixero. Aſſiduè per ſin

gulos dies laudabo te, & laudibus efferam nomen tuum perpetuò: &, ſi fieri poſſet, etiam ultrà. Magnus Dominus & modis omnibus dignus laude: & eius magnitudinis, ut nemo perſcrutari poſsit illam. Generatio una ueluti per manus tradet alteri laudes operum tuorum, & omnipotentiã tuam annunciabit. Gloriã maieſtatis tuæ magnificentiſsimæ, & res à te clariſsimè cum omniũ admiratione geſtas, ſtudioſe alijs cõmemorabo. Vt illi robur mirabilium operum tuorum alijs narrent, ego uerò magnitudinẽ tuam pro uiribus ſcripto ad poſteros tranſmittam. Vt illi memoriam immenſæ magnitudinis tuæ plenis buccis celebrent, & æquitatem tuam cum gaudio cantent.

Miſericors

Miſericors et clemens Dominus: tardus ad iram, ad clementiam aũt pronus mirifice. Benignus Dominus in omnes, et omnimoda miſericordia relucet in omnibus operibus ipſius. Quare cum gratiarum actione laudabũt te Domine uniuerſa opera tua, præcipue autem ſancti tui magnifice loquentur de te. Magnificentiam regni tui loquentur, & omnipotentiam tuam prædicabunt. Vt ſciant poſteri Adæ omnipotentiam Dei, & magnificentiſsimam gloriam regni ipſius. Regnum tuum regnum eſt omnium ſeculorum, & poteſtas tua regia extendit ſe in generationes omnes.

Suſtentat Dominus omnes nutantes, & erigit collapſos. Oculi omnium intenti ſunt in te, & tu ſuppeditabis illis

è uinculis captiuos, Ille Dominus, *qui uiſum tribuit cæcis:ille* Dominus,*qui recte incedere facit claudos : ille inquã* Dominus, *qui amicus eſt iuſtorum.* Ille Dominus,*qui curam gerit peregrinorũ: qui pupillum & uiduam confortat, & uiam impiorum ſubuertit.* Regnabit Dominus *perpetuò* Deus *tuus ô* Sion, *in generationem & generationem abſque ullo fine.* Halleluia.

Laudate domi. Pſal. 147

LAudate Dominum,*quia benignus eſt, pſalmis cantate* Deũ *noſtrũ: quia gratioſiſsimus eſt, & ipſum maximè decet laus.* Extruit *enim* Hierusalem Dominus, *exules populi* Iſraëlitici *diſperſos cõgregabit.* Ille *hoc faciet* Dominus, *qui ſanat eos, qui fracto ſunt*

animo

animo,& leniter curat dolores illorum.

Qui innumero habet innumeras ali oqui ſtellas,et ſingulas illarũ ſuis appellat nominibus. Magnus eſt Dominus noſter & potentiæ infinitæ: eorum quæ ipſe ſumma prudẽtia facit, nullus eſt numerus. Subleuat manſuetos Dominus, proſternit uerò impios uſq; in terram.

Cantate Dominũ cum gratiarũ actione, pſallite Deo noſtro cithara. Qui tegit cœlũ nubibus, qui parat terræ pluuiam,qui producit herbam in mõtibus.

Qui tribuit unicuiq; animanti ſuum pabulum, etiam pullis coruorũ implorãtibus opẽ illius. Fortitudinem equi nihili faciet:nec quæ uidẽtur eſſe fortia crura uiri, ad amorem inuitabunt illum.

Sed amat Dominus,qui eũ reuerenter

colunt: & qui ſpem ſuam ponunt in clementia ipſius. Honora ô Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Fecit enim fortiſsimos uectes portarũ tuarum, benefecit filijs tuis, qui intra te, & tecum ſunt. Qui curat, ne fines tuos quiſquam infeſtet, & adipe ſatiat te

Cuius iuſſu decidit in terram pluuia, cuius mandatis parent ſubito omnia.

Qui tribuit niuem ſimilem lanæ, & pruinam tanquam cinerem diſpargit.

Qui immittit fruſtatim grandinẽ ſimilem glacici, tam frigidã ut nemo nõ horreat à frigore ipſius. Rurſus illo iubente ſolis ardor liquefacit glaciẽ illam: ſpirare faciet uentũ quẽcunq; uoluerit, et producet pluuiã. Qui indicat ſermonib. ſuis, quid fieri uelit ab ipſo Iacob: mã

data

data ſua, & præſcriptas æquitatis ſuæ normas tradit Iſraeli Non fecit hoc ulli exteræ nationi, neq; ipſas æquitatis forma, à Deo Iſraeli præſcriptas, ulla nouit. Halleluia.

Laudate dom. Pſal. 148

L*Audate Dominum è cœlis, laudate illum quotquot habitatis in excelſis. Laudate illum uniuerſi angeli ipſius, laudate illum ſtellæ uniuerſæ, quæ conditæ eſtis ab illo, & eſtis ueluti exercitus illius. Laudate illum ſol & luna: laudate illum planetæ, qui lucetis præ cæteris ſtellis omnibus.*

Laudate illum uarij cœlorũ orbes, & aquæ, quæ eſtis ſupra cœlos ipſos.

Laudẽt uniuerſa hæc nomẽ Domini, illius enim iuſſu extiterunt, & ſunt hoc,

quod ſunt. Et ſtabilitas, quam tribuit illis, durabit ſeculis plurimis: legem dedit ſingulis illorũ, quam nequaquã trãſgredietur. Laudate ex ipſa terra Dominum dracones, & quotquot eſtis animantia in profundiſsimis abyſsis Ignis, grando, nix, uapor, & uentus turbinem excitans, & hoc quod à Deo iubetur faciens. Mõtes et uniuerſi colles, arbores fructiferæ, & omnes cedri. Quicquid uiuit rationis quoquo modo capax, uniuerſæ præterea beſtiæ, & quicquid uſquã repit: aues quoq; pennis uolitantes. Reges, quibus imperium contigit in hominnes, qui terram incolunt: uniuerſi populi, principes quoq; & omnes iudices terræ. Iuuenes & uirgines unà cum adoleſcentibus. Lau

dent nomen Domini, exaltatum eſt enim & ſuſpiciendum nomen illius ſolius: honor & gratiarum actio debetur illi ab his, qui ſunt uel in terra, uel in cœlis.

Exaltabit cornu populi ſui, quarè nunquam ceſſabunt laudare illum ſanctificati ab eo filij Iſrael, qui populus ſunt propinquus & familiaris illi. Halleluia.

Cantate dom. Pſal. 149

CAntate Domino carmē nouum, cantētur laudes eius in cœtu ſanctorum. Oblectet ſeſe Iſrael autore ſuo, filiæ Sion exultent talem contigiſſe regem ſibi. Laudent nomen illius choro, tympano & cithara pſallant in honorē illius. Amat enim Dominus populum ſuum, ornabit manſuetos ſalute ſtabili. Exultabunt ſancti

cum ſumma gloria, læti cantabunt in le-
ctis ſuis. Laudes omnipotentis Dei
erunt in ore ipſis, quare et gladij utrin-
que Dei beneficio fient acuti in manibus
illorum. Vt ulciſci queant ſeſe de gen
tibus, & caſtigare populos. Vt uin
ciant reges eorum catenis, & primates
eorum uinculis ferreis. Vt exercere
poſsint in eos iudicium à Deo præſcri-
ptum, quæ res honori uertetur cunctis,
qui ſacris illius initiati fuerint.

Halleluia.

Laudate dom. Pſal. 150

LAudate Dominum ob inſignẽ ſan
ctitatem illius: laudate illum ob
cœlum, quod argumentum eſt for
titudinis illius. Laudate illum ob om-
nipotentiam illius: laudate illum ob im-
menſam

menſam magnitudinem illius. Lauda te illum clangore tubæ: laudate illum nablo & cithara. Laudate illum tympano & choro: laudate illum fidibus & organo. Laudate illum taratantaris ſonoris, laudate illum taratantaris ad hilaritatem excitantibus. Quicquid uſquam uiuit, laudet Dominū. Hallelui a.

FINIS PSALMORVM.

CONCIO FI-
LII DAVID RE-
gis in Hieruſalem

CAPVT. I

CONSTANTER *affirmat cõcionator, omnia omni tẽpore obnoxia eſſe uaniſsimæ uanitati.*

*2 Quem enim ſtabilem fructum re-
fert homo ex ijs, quæ ſub ſole ſunt, etiam
ſi multis modis ſe torqueat in hoc, ut fru
ctum aliquem inueniat. 3 Qui nunc
uerſantur in terra, aſsiduè ad interitum
properant, & alij in eorũ locum ſuccre-
ſcunt: terra interim immota manet, uelu
ti theatrũ, in quo hæc fabula peragitur.
4 Orietur ſol, et occidet ſol: et ubi ad*

locum

locum ſuum præ opere anhelãs redierit, iterum ibi ſine ceſſatione orietur.
5 *Flat nunc uerſus Auſtrũ uẽtus, nũc uerſus aquilonem, & uerſus alias deinde orbis partes donec ſingula irrequiete luſtrando reuertatur eò, unde flare cœperat.* 6 *Omnia flumina influũt in mare, & mare nõ exũdat: remittit enim mare ea ad loca unde fluere cœperãt, ut rurſus in mare fluant.* 7 *Omnes res, dũ abſq; ulla intermiſsione currũt, ſic laſſæ fiunt, ut nõ poſsit homo appoſitè de eis quicq̃ proloqui: nõ enim ſubſiſtũt, donec oculis quantũuis diligẽter contẽplantis, uel auribus auidiſsimè auſcultantis fiat ſatis.*
8 *Quicquid olim fuit, nũc eſt, et ſimile eſt illi, quod paulò poſt erit: quicquid factum eſt olim, nunc eſt, & aliquanto*

poſt ſimile illi fiet: in ſumma nihil omnino eſt ſub ſole nouum, quod huic uiciſsitudini obnoxium non ſit.

9 *Inueniri ne poterit res ulla, de qua dicere liceat, Hæc res noua eſt? non profecto: fuit enim ſeculis ſuperioribus, & interijt, ſicut & hæc interitura eſt.*

10. *Primorum nulla apud nos nunc extat memoria: funditus enim interierunt: neque horum, quæ nunc ſtulti miramur, ulla apud poſteros memoria erit.*

11 *Ego concionator, quamuis rex eſſem totius populi Iudaici, habitans in Hieruſalem.*
12 *Toto pectore in hoc incubui, ut ſapienter inueſtigando, perdiſcerem quicquid ſub ſole fiat.*

13 *Hoc moleſtum cognoſcendi ſtudium immiſit deus in animos hominum,*

ut

ut eo ſe torqueant. 14 Cōſideraui om-
nia quæ ſub ſole fiūt, & deprehēdi nihil
eſſe in rebus omnib. præter merā uanita-
tem, quæ tamen hominis animū mirificè
torqueat. 15 Quod corruptū eſt, reſti-
tui non poteſt: quæ autē aſſiduè corrum-
puntur, innumera ſunt. 16 Dixi a-
pud me, multū promoui ſtudium ſapien-
tiæ, & adieci plurima ad ea quæ à ucte-
ribus inuenta ſunt: mea enim diligentia
plurima ſunt inuenta, quæ ad ſapientiā
& rerum cognitionem multum faciunt.
17 Totū enim me tradidi ſtudio ſapien-
tiæ, eāq; quo certius aſſequerer, etiā ho-
minū inſanias & ſtultitias diſcere cona-
tus ſum. uerum conando comperi, & hoc
ſtudium eſſe inſignem quendam animi
cruciatum. 18 Qui enim conatur
ſupra

ſupra modum ſapiens fieri, plurima experietur ualde ingrata: et qui ad priorē eruditionem aliquid addere uolet, id ſine magna moleſtia non perficiet.

Caput II

DIxi itaq; apud me, ſuppeditabo tibi omnis generis iocos, & quicquid riſum excitare poterit: oblecta te illis: ſed & hæc quoq; citò uana
iudicaui. 2 Riſui enim dixi, Dementas
homines: iocis uerò, non pudet ſic inepti
re? 3 Statui itaq; apud animum meum,
longis conuiuijs & multo uino corpus meum molliter curare, & ſtultitiam, quæ eſt in reliquis rebus, experiendo diſcere: ſi forte poſsit uſquam inueniri aliquid dignum, quo ſe occupet humanus animus: dum hæc permitto corpori

diſcendi

*diſcendi gratia, animus uſque ſuum of-
ficium facit, ſingula ſapienter conſide-
rans.* 4 *Tentaui itaq; non uulgaria,
ſed ædes extruxi magnificas, plantaui ui-
neas.* 5 *Paraui mihi hortos et paradi
ſos, & in eis plantaui arbores fructife-
ras omnis generis.* 6 *Aptaui mihi
aquæ ductus, quibus hæc arborũ fructi-
ferarum ſylua poſsit irrigari.* 7 *Emi
mihi ſeruos, & ſeruas, et ex eis nati ſunt
mihi uernæ: armenta præterea, & mi-
norum animalium greges poſſedi plu-
res, quàm ullus ante me in* Hieruſalem.
8 *Congregaui mihi argentũ & au-
rum, & ea quæ propriè pertinent ad re-
ges, & prouinciarũ dominos: conquiſiui
mihi cantores, & cantatrices, & quarũ
amore nulla natio non capitur, puellas*

G *pluri-*

plurimas. 9 *Magnus hoc pacto ſum*
factus, & ſuperaui omnes qui ante me
fuerunt in Hieruſalem*: interim ſapien-*
tia mihi in omnibus adfuit, quæ de ijs iu-
dicaret. 10 *Quicquid ex his, oculis*
putaui fore gratum, illis obtuli, nihil ab
eis abſcondens: nec auocaui cor meum
ab ullo genere lætitiæ: quin potius ani-
mus meus explet ſe, quantum poteſt,
oblectatione harum rerum, quæ tan-
to ſtudio conquiſitæ ſunt: nec alium ſen-
ſi fructum tam moleſti conatus, quàm
ut oculos paſcerem, & animus ſe non
nihil recrearet. 11 *Cœpi itaque tan-*
dem omnia quæ feciſſem recenſere, &
quantum laboris inſumpſiſſem, priuſ-
quàm hæc perficerentur, & deprehen-
di omnia planè eſſe res nihili, quæ in-
terim

terim tamen animum crucient, neque ullum ſtabilem ex re quauis fructum capi poſſe in hac uita. 12 Iterum me conuerti ad ea, ut ſaltem uiderem, quanta ſapientia uſus eſſem in omnibus illis: & deprehendi in uino inſaniam multam, & in reliquis manifeſtam ſtultitiam: quid enim eſt homo, ut imitatione regis Dei, aliquid magni conetur, cum nullam quantumuis paruam ex omnibus rebus, quas ille innumeras fecit, æquare poſſet? 13 Vidi tantum inter ſapientiam & ſtultitiam intereſſe, quantum intereſt inter lucem & tenebras.
14 Sapiens enim habet oculos in fronte, ſtultus uerò ueluti cæcus palpitat in tenebris: ſed interim uideo eundẽ habere exitũ omnia. 15 Dixi ergo apud me,

ſi ego ab illis, quæ manent ſtultum, liber
non ero, quorſum conatus ſum, ſuprà
quàm ſatis erat, fieri ſapiens? iterum er
go iudicaui, ne ſapiētiæ quidem ſtudium
carere uanitate ſua. 16 Quia non e-
rit diuturna memoria ſapientis magis
quàm ſtulti: quomodo enim id quod olim
fuit, obliuioni nunc traditum eſt, ſic &
id quod nunc eſt, ſubſequentibus annis
obliuioni tradetur, & æquè morietur ſa
piens atque ſtultus. 17 Quare exe-
crari cœpi miſerias uiuentium, quòd ui-
derem apud me, quantum ſine fructu ſit
moleſtiæ in rebus, quæ fiunt ſub ſole: om
nia enim inania ſunt, & nihil quàm ani
mum cruciant. 18 Odiſſe etiam cœ-
pi, quicquid feciſſem, quātumuis magno
labore, ſub ſole, q̃ relinquere id omne
cogar

cogar alteri, qui mihi ſucceſſurus eſt.
19 Et quis nouit, futurus ne ille ſit
ſapiens, an ſtultus? qualiſcunq; erit, cer=
tè accipiet omnia mea, quæ tanto ſtudio,
& tanta ſolertia paraui toto tempore ui
tæ meæ: certè hoc quoq; planè uanũ eſt.
20 Quare cor meum ſtatui liberare
curis, quibus ſolicitus fui, & ſapiẽter a=
gere uiſus ſum ſub ſole. 21 Contigit
enim, hominem ſapientia & rerum co=
gnitiõe, & frugalitate per omnia uſum,
relinquerere quicquid ſic illi partum eſt,
alteri, qui eius laboris planè expers fuit:
certè hoc quoque uanum eſt, & meritò
multum hominem torquet. 22 Quid
enim accipit talis homo ex tam uarijs cu
ris, & animi tormentis, quibus ſe tor=
quet ſub ſole? 13 Omnes dies uitæ

eius miſerabiles ſunt, & omnes conatus
eius tædio pleni: per noctem uix quietem
admittit animus eius: profectò hoc quo-
que inſigniter ſtultum eſt. 24 *Ni-*
hil melius homini, quàm ſi comedat &
bibat, & oblectet animũ ſuum inter tam
uarias ſolicitudines: hoc enim iudicaui à
benignitate Dei *profectum.* 25 *Quis*
enim me uixit ſumptuoſior & libera-
lior? 26 *Certè homini cui bene uo-*
let Deus, *dabit eam prudentiam, & eam*
ſapientiam, ut audeat uti rebus ſuis: pec
catori autem immittet ſolicitudinem au-
gendi & coaceruãdi in uſus illius, quem
Deus illa accipere uolet: quare ne-
que hoc inſigni caret ua-
nitate.

CAPVT III

OMnium rerum uiciſsitudo eſt, neq; quicquam eſt ſub ſole ſtabile. 2 Qui nunc gignũtur, aliquãdo morientur: quæ nunc plantantur, alio tẽpore euellentur. 3 Nunc amputamus, quæ olim ut adoleſcerẽt, curauimus: nũc deſtruimus, quæ olim extruximus. 4 Interdũ flemus, interdũ ridemus: interdũ mœſti lugemus, interdũ præ lætitia ſubſilimus. 5 Nũc diruimus uetera ædificia, nũc ex eiſdem lapidibus extruimus noua: nunc operã damus amplexibus, nũc ad amplexus nauſeamus. 6 Nonnunquam magno ſtudio quærimus, quod paulo pòſt perdamus: nõnunq̃ cõparcimus, quod poſtea dilapidemus. 7 Quandoq; diſcerpimus, quod olim cõſuimus: quãdoq; ueluti muti tacemus,

quandoq; ineptè garrimus. 8 *Inter-*
dum amamus, & iterum odio proſequi-
mur amatum: interdum inimicitias ex-
ercemus, quas iterũ deponimus alio tem
pore, & pacẽ amplectimur. 9 *Quem*
fructum capit homo ex tam pugnantib.
& moleſtis occupationibus? 10 *De-*
prehẽdi quòd Deus *immiſerit animis ho*
minum eiuſmodi moleſtas occupationes,
ut ipſi ſe illis torqueant. 11 *Quic-*
quid fecit Deus, *pulchrũ eſt ſuo tempore*
& loco: & mundum hunc totum expo-
ſuit examinandum ingenio illorum: ue-
rũ ipſi nullius uel magnæ, uel paruæ ea-
rum rerum quas Deus *tam multas fecit,*
rationem inuenturi ſunt. 12 *Qua-*
re uidi nihil in omnibus illis rebus eſſe,
quod homini bonũ eſſe poſſet, niſi fortè
exhila-

exhilarare illum ſeſe, & benefacere ſibi dum uiuit. 13 *Si homini contigerit animus, ut comedat ac bibat, & fruatur ſuis, inter tam uarias miſerias donũ* Dei *manifeſtum eſſe putet.* 14 *Certò cognoui, ꝙ quicquid facit* Deus, *erit quale ipſe id eſſe uolet: neque quiſquam adijcere quicquam poterit, neq; ab eo quicquam tollere: &* Deus *quicquid fecit, in hoc fecit, ut nos illum, hæc tam uaria uidentes, reuereamur.* 15 *Quod fuit olim, nunc eſt, & decretum fuit olim, ut etiam temporibus futuris eſſet: aſsiduè namque reuocat, quæ ueluti fugata hinc abierunt.* 16 *Et tanquam non eſſet malorum ex hac inconſtantia ſatis, uidi locum ſub ſole æquitati deſtinatum, in quo dominatur impietas: & locum iu=*

 ſtitiæ

ſtitiæ,in quo regnat impius. 17 Dixi
apud me admirans, Et iuſtum,& impiū
iudicabit Dominus:ad eum enim referen
tur iudicanda, quæcunq; aut cogitantur
nunc,aut fiunt. 18 Cum non inueni=
rem cauſam aliam,quare Deus hæc per=
mitteret: uiſum eſt mihi, uelle illum hu=
iuſmodi humanis tumultibus hominē ſic
exercere, ut uideat ſe in hac uita parum
differre à brutis: nō aliter enim inter ſe
homines tumultuantur, nec maiori ſæpe
ratione,quàm bruta inter ſeſe. 19 In/
ſuper & interitus hominū,& reliquo=
rum animantium idem eſt: quomodo e=
nim moriuntur bruta, moriuntur & ho
mines: nec apparet ex ijs, quæ fiunt ſub
ſole,aliam eſſe hominis,& aliam bruto=
rum animam,nec ultra bruta animantia
quic=

quicquã habere hominem: omnia enim æquè uanitati ſubiecta ſunt. 20 *Quicquid eſt, ſiue homo, ſiue aliud ab homine ad eundem locum tendit: ex terra enim facta ſunt omnia, & in terram iterũ reſoluẽtur.* 21 *Quotuſquiſq; interim nouit, an hominis anima aſcenſura ſit ſurſum, et reliquorum animantiũ cum corporibus interitura ſit?* 22 *Quare nihil inueni boni in omnibus his, præterquàm boni conſulere omnia, & frui partis ſine ſolicitudine: illis enim ſe homo ſuſtẽtat: alia uerò omnia extra ipſum ſunt, & alijs relinquere cogetur. interim ut maximè uelit ſolicitus eſſe, quis indicabit illi quid poſt ipſum futurum ſit?*

Caput IIII

COnuerti me ad alia, ut uiderem
quàm uarijs modis opprimãtur
homines in hac uita: et uidi flen
tes plurimos, cum iniuria afficerentur,
nec eſſet quiſquam qui eos conſolaretur,
& multo minus qui de uiolentis oppri=
mentiũ manibus eos eriperet. 2 Quod
cum uiderem, iudicaui fœliciores eos, qui
uita olim defuncti ſunt, his, qui adhuc
tàm calamitoſe uiuunt. 3 Quin &
utriſq; fortunatiores dixi eos, qui nun-
quàm nati fuerunt: illi enim nihil uide=
runt horum malorũ, quæ in hac uita ho=
mines in homines deſignant. 4 Mul
ta experientia didici, hominum conatus
& ſtudia nõ aliò tendere, quàm ut quiſ=
que uicino ſuo, quibus poſsit artibus, no

ceat

ceat, & rem propriã promoueat: quod quid eſt aliud, quàm moleſtiſsimis curis animũ miſerè torquere? 5 *Stulti quidam ab horũ, quos diximus, morib. abhorrentes, uitium in contrariũ currunt: iunctis enim manibus deſident otioſi, & quicquid habent cõſumunt, donec ad extremam inopiam perueniant, & carnem propriã rodere cogantur.* 6 *Melius, inquientes, eſt paululum ignauia, quàm multa laborioſe cũ anxietate cõquirere.*
7 *Conuerti me & ad alia, & uidi nouũ uanitatis genus.* 8 *Inueniuntur homines ſoli, ſine ſocijs, ſine liberis, ſine cognatis, qui non aliter ſine fine laborant, quàm ſi illis innumeri alendi eſſent: cupiditatibus eorum nullæ diuitiæ ſatisfaciunt: nec unquam ad ſe redeũt, ut apud*

ſe dicant.

ſe dicant, Quibus laboramus? in quorũ
gratiã fraudamus genios noſtros bonis,
quæ plurima poſsidemus, & quorũ non
eſt alius uſus, quàm ut noſmetipſos oble=
ctemus? hoc, ſi quidquam aliud, inſigni=
ter ſtultum eſt, & animi moleſtiſsimum
tormentũ. 9 *Quare meliorem & com*
modiorem iudicaui uitam duorũ unà ui=
uentium, quàm unius ſolius: adfert enim
boni non parum ipſa ſocietas: & ſi nihil
aliud, ſuccurrunt mutuò in malis, quæ in
hac uita omnibus ferenda ſunt. 10 *Si*
enim alter eorum ceciderit, alter colla=
pſum ſocium erigit: qui planè miſer eſ=
ſet, niſi in ipſo caſu haberet, qui manum
illi porrigeret. 11 *Si duo ſimul dor=*
mierint, alter alterum calefaciet, ſolus ue
rò ægrè calidus fiet. 12 *Si unus ali=*
quis

quis uim facere conetur, duo reſiſtent il=
li, & funis triplicatus non facilè rum=
pitur. 13 Melior eſt adoleſcens pau
per, ſi ſit cordatus, rege ſene deliro,
qui non ſuſtinet amplius admoneri.

14 Emergit nonnunquam è carcere
quis, qui uinctus ibi fuerat, & regno
præficitur, cum è contrario patre rege
natus, ad inopiam redigatur. 15 Vi=
di maximo numero homines ſequi ado=
leſcentem illum, qui ſeni in regno ſuc=
ceſſurus eſt. 16 Non minor fuit nu=
merus eorum, qui ſenem hunc olim ſe=
quebantur, quum regno præficere=
tur, quàm nunc eſt, qui bonum hunc
ambiunt: & ſicut grauis illis ſupe=
rioribus uiſa eſt poteſtas regia illius,
qui nunc contemnitur: ita & huius,

qui

qui nunc tantopere placet, grauis uide-
bitur: quare & ambitus ille ſuam habet
uanitatem, & tædia. 17 *Vide dili-*
genter, quid faciendũ tibi ſit ingreſſuro
domum Dei, *ut ores: & ſcito illum pro-*
ximè tibi adeſſe, & audire cuncta: caue
ergo, ne multis uerbis cum illo agas ſtul-
torum more, quorum ſunt ingrata Deo,
quæ faciunt omnia.

Caput V

NE *præceps ſis in lingua tua o-*
raturus Deũ: *neq; properet cor*
tuũ effundere uerbo in conſpe-
ctu Dei: *eſt enim* Deus *in cœlo, unde tua*
omnia, qui in terra degis, uidet: quare
paucis apud illum utere uerbis. 2 *Si-*
cut diurnæ curæ gignunt ſomnia, ità mul-
ta uerba ſtultam faciunt orationem.

3 Si

3 *Si quid inter orandum promiſeris, abſq; mora illud perſolue: ne illum ſtultorum more multa promittẽdo grauiter offendas: ſi quid ergo promiſeris, præſta.*

4 *Melius eſt nihil promittere, quàm promiſſa nõ præſtare.* 5 *Quare caue, ne linguæ futilitas totũ te peccato inuoluat: neq; putes angelũ, qui tua obſeruat, rem tam æſtimaturum leuem, quàm tu exiſtimabas: qui præ multitudine uerborũ uix ſciebas, quid promitteres, aut diceres: quod tu tam leue putas, Deum ſic offendit, ut non ſolùm orationẽ tuam, ſed propter eam & alia opera tua ſit execraturus.* 6 *Sicut in multis ſomnijs plurima ſunt uana, ita & in multis uerbis: quare tu Deum ex animo reuerere.*

7 *Si uideris uſquam oppreſsionẽ pau-*

*periſ, & ſubuerſionē æquitatis & iuſti-
tiæ, ne ſic mireris, ut eiuſmodi latêre
Deum putes: habet enim oppreſſor ille
ſuperiorem, qui ea, quæ facit, diligenter
obſeruat: & ſupra utrunq; illorum alij
ſuperiores ſunt.* 8 *Summum quod ter
ra homini præſtare poteſt, eſt agellus a-
liquis, qui colenti eum ſatis eſſe poſsit, ut
ex eo uiuat: & cui ille contingit, & eo
contentus eſt, is planè rex eſt.* 9 *Qui
amat pecuniam, nunquam illi tantum pe
cuniæ adferri poterit, ut ſit futuris con-
tentus: & qui inhiat diuitijs, nunquam
ex eis fructum ullum capiet: quiſquis ta-
lis, inſigniter uanus eſt.* 10 *Vbi diui-
tiarum plurimum eſt, ibi plurimi ſunt,
qui comedunt eas: & quid habet am-
plius is, cuius ſunt diuitiæ, quàm quòd
uidet*

uidet alios eas conſumere? 11 Suauis
eſt ſomnus ei, qui laborando exercet ſe,
ſiue parum, ſiue multum comedat: ſatu-
ritas autem diuitis, non ſinit illum dor-
mire. 12 Inuenitur aliud triſtiſsimi
mali genus: uidi ſub ſole diuitias magna
diligentia conſeruatas, in perniciē poſ-
ſidentium eas. 13 Perierunt opes il-
læ, & dominos ſuos grauiter afflixerūt:
neq; enim ipſis, neq; filijs eorum, quic-
quam reliquum fuit. 14 Sicut nudi
egreſsi ſunt ex utero matris, ita nudi eò
reuertentur, unde prodierunt: neq; ulli
quicquā eorum hinc ſecum aſportabunt,
quæ tantis moleſtijs conquiſierunt.
15 Sed & hoc quoq;, ſi nihil aliud ſit,
triſte malū eſt, q̄ oēs quo modo intraue-
rūt in mundū, eo et relicturi ſunt ipſum:

& quid proderit animum hic uarijs cu-
ris afflixiſſe? 16 *Tota uita ſua ſor-*
didè uixerunt, iracundi, ſeipſos crucian-
tes, & ſimultates exercētes. 17 *Meo*
ergo iudicio ſuauius eſt comedere & bi-
bere & frui bonis inter has miſerias qui
bus affligimur ſub ſole, paucis diebus illis
uitæ noſtræ, quos Deus nobis concedit:
nihil enim amplius ex omnibus acceptu-
rus eſt homo. 18 *Certè ſi cui Deus*
dederit diuitias & opes, & animum ut
comedere ex illis audeat, & accipere id
ex eis, quo ſolo homini uſui eſſe poſſunt,
ut comedendo & bibēdo oblectet ſe, hoc
ingens donum dei eſt. 19 *Parum e-*
nim, qui talis eſt, memor erit incōmodo-
rum uitæ ſuæ: Deus enim exercet cor e-
ius hilaritate.

Eſt

CAPVT VI

Est malum, quod uidi ſub ſole, frequens apud homines. 2 Inueniuntur quibus Deus dedit diuitias, opes, & gloriam, adeò ut nihil eis deſit eorum, quæ ab hominibus deſiderari poſſunt, ſed animũ utendi illis non tribuit: quin potius ignotus aliquis fruetur illis, hoc certè uanum eſt, & graue tormentum animi. 3 Si quis centum genuerit liberos, et diues uixerit annis plurimis, animum tamen ſuum fraudauerit bonis, ſepultura quoq; honeſta caruerit, iudicabo illo fortunatiorem, qui matre abortiente ciectus eſt. 4 Hic enim ut nugamentum aliquod à conceptu in utero aliquouſq; obſcurè progreſſus eſt, ſic tamen ut ne nomen quidem eius ulli cognitum fuerit. 5 Solem enim non

uidit,nec quicquã nouit, & liber fuit ab
illis, quibus auarus aſsiduè torquetur.
6 *Quid proderit homini, ſi contigerit*
illũ uiuere annis bis mille, & bonis ſuis
non fruatur: nónne finem capient anni
illi, & eôdem tendent quò alij omnes,
uel alia omnia? 7 *Nullus fructus eſt a=*
lius humani laboris, quàm cibum ori ſup
peditare: quod quamuis factu facile ſit,
animi tamen cupiditati omnino ſatisfie/
ri non poteſt. 8 *Quid amplius acci=*
piet ſapiens ex ſuo labore, quàm ſtultus:
& quid minus habet pauper, qui indu/
ſtria ſua ſibi uictũ parat, inter illos cum
quibus uiuit? 9 *At melius inquiens*
eſt, contemplari oculis diuitias præſen=
tes, quàm induſtria ſola fretum, in diem
more pauperis uiuere, certè falleris, qui
hoc

hoc putas:non aliud enim aſpectus diui-
tiarum adfert, quàm animi ſtultas curas
& tormenta. 10 *Qua ratione fuit*
olim unumquidq; priuſquã eſſet,nomine
ſuo notũ & ſcitũ fuit: quid hic,uelit no-
lit homo,futurus eſſet, nec poſſet niſi fru
ſtra cõtẽdere cũ Deo,*qui ipſo fortior eſt,*
quare ſic uel ſic factus ſit. 11 Et *ſi quis*
multis uerbis contendere cum Deo *co-*
netur, nihil illi eiuſmodi obmurmuratio
proderit. Cap. VII
F*Erendũ eſt æquo animo, qđ à* Deo
immittitur: quis enim nouit quid
expediat homini dieb.uitæ,quibus
hic uanitate uiuitur? fecit enim dies homi
nis Deus *ſimiles umbræ, de qua poſt abi*
tũ qđ fiat ſub ſole,quis iudicabit? 2 *Gra*
tior eſt fama bona poſt mortem q̃ odor

*fragrantiſsimi unguenti: & dies mortis
melior eſt die quo quis naſcitur.* 3 *Ma-
gis expedit ire in domum luctus, quàm
in domum conuiuij: in illa enim uidetur
quem finem habiturus ſit omnis homo:
& qui uidet mortuum alium, non poteſt
non aliquo modo animus eius cõmoueri.*
4 *Melior eſt triſtitia, quàm riſus: quia
per triſtitiam, quæ in uultu apparet, cor
admonetur officij ſui.* 5 *Animus uiri
ſapiẽtis, uerſatur in domo luctus: animus
uerò ſtolidi, in domo cõuiuij.* 6 *Fortu-
natior eſt, qui patienter audit obiurga-
tionem ſapientis, quàm eſt is, qui audit
aſsiduè cantillantem ſtultum.* 7 *Qua-
lis enim eſt ſtrepitus ſtipularum arden-
tium ſub olla, talis eſt riſus ſtultorũ: in-
terim neq; ſapientis obiurgatio uanitate*
caret

caret. 8 Quia mali, ſi obiurgētur q̃ alios opprimant, affligunt ſapientem, & perdere conātur eum, qui cor habet tam inſigni ſapientiæ dono exornatum.
9 Melior ergo eſt finis rei, quàm principium, & homo patiens, quàm is qui liberè alios carpit. 10 Ne inducas in animum tuum, ut citò iraſcaris: ſolent enim ſtulti ferè eſſe, qui proni ſunt ad irã.
11 Ne dixeris apud te, pertæſus malorum præſentiũ, quid cauſæ eſt, quòd tempora, quibus uixerunt maiores noſtri, meliora fuerint, quàm ſint hæc noſtra? non eſt enim prudentis uiri talia interrogare, cùm manifeſtum ſit habuiſſe illa tēpora incōmoda ſua, ſicut et hæc noſtra habent ſua. 12 Melior eſt ſapientia, quæ cũ diuitijs cōiuncta eſt, & utilitatis

plus adfert tẽpore huius uitæ, quo ſolem
ſpectamus. 13 *Adfert enĩ mométi mul=*
tũ ſapiẽtia, et nõnihil etiã diuitiæ: hoc ta
mẽ habet ſupra diuitias ſapiẽtia, ꝙ ſapiẽ
tẽ ad uitã perducat æternã. 14 *Cõſide*
ra uniuerſa quæ fecit Deus, *& inuenies,*
nihil eorũ poſſe reſtitui quæ ille perdidit.
15 *Quare dũ adeſt bonũ, fruere, & in*
aduerſis patiẽs eſto: uoluit enim oĩa Deus
uiciſsitudini obnoxia eſſe, ut uideret ho-
mo nihil eſſe ſtabile, cui tutò fidi poſsit.
16 *Vidi plurima diebus uanitatis meæ,*
& inter cætera, iuſto eſſe nõnunquã iuſti
tiã ſuã exitio, & impiũ in impietate ſua
diu & feliciter uiuere. 17 *Ne ſis ergo*
iuſtus nimiũ, neq; ſapiens ultra modum,
ne fortè & tu ſimiliter pereas. 18 *Neq;*
enĩ exlex & ſtolidus efficiaris: qui enim
eiuſ-

eiuſmodi ſunt, ut plurimũ pereunt malè.
19 *Vt hæc pericula uites, nihil melius*
eſt, q̃ ut firmiter credas, & perpetuò in
memoria habeas, q̊ illi, q̃ deũ reuerẽtur,
oĩa hæc mortifera mala effugiẽt. 20 *Sa*
pientia ſæpe plus iuuat illum, cuius eſt, q̃
poſſent decẽ primores ciuitatis. 21 *In-*
terim nullus eſt hominũ tã ſapiẽs & iu-
ſtus, ut nõ ſubinde peccet. 22 *Quare*
delatorib. aurẽ facilè non præbueris, ne
audire cogaris q̊ ſeruus tuus aliquoties
ex impatientia malè de te locutus ſit.
23 *Scis enĩ tu ipſe q̊ nõnunq̃ locutus ſis*
ad eundẽ modũ de alijs. 24 *Hæc om-*
nia tentando per ſapientiã didici: et non
contentus ijs, conatus ſum ſcire, quæ ſci-
ri ab homine non poſſunt: ſed in hoc co-
natu ſapientia mihi adeſſe recuſauit.
25 *Longè ſupra captũ humani ingenij*

eſt, uelle ſcire quo cõſilio ab æterno uſus
ſit Deus *in cõdendis & cõſeruandis re-*
bus, & modis omnibus incõprehẽſibile.
26 *Quare reuocaui animũ meum ad*
intelligenda ea, quæ ratiocinatione inue
ſtigari poſſunt, & ad cognoſcendam im-
piam ſtultitiam & amentes inſanias.
27 Et *inuenio amariorẽ eſſe ipſa mor*
te mulierẽ, quæ una eſt inſtar uenatorum
multorũ: cor eius ſimile retibus multis,
& manus uinculis: qui charus eſt Deo,
liberabitur ab illa, peccator uerò laqueis
eius irretietur. 28 Ecce, *inquit con-*
cionatrix ſapientia, hoc deprehendi ex
cõparatione rerũ inter ſe, id quod quæ-
ritur, inueniri ſolere. 29 L*aboraui*
uſq; in hanc horam, ut conferendo offi-
ciũ fœminarũ cum ingenio & moribus,
bonam

bonam & prudentem aliquam inueni-
rē:ſed nihil ſucceſsit, ex mille uiris, unnū
inueni tolerabilem: ex mille autem fœmi
nis, nullam. 30 Hoc ſolum inueni, q̄
Deus fecerit Adam rectū: & q̄ ipſe cum
poſteris multa magno ſtudio ſtulta repe-
rerit, quæ à ſimplici recto quampluri-
mum recedunt. Cap. VIII

QVis conferendus eſt cum ſapien-
te, & eo qui iudiciū habet de re-
bus? ſapiētia hominis gratioſum
facit uultum eius, & crudelitatem pellit.
2 Attamē ſuadeo etiā ſapienti, ut ob-
ſeruet, quæ rex mandabit: & præſtet, ſi
quæ Deo in teſtem uocato iurauerit.
3 Nec tu uecors & ſtolidus, tanq̄ à con
ſpectu illius poſsis aufugere, pertinax in
malo perſiſte: quicquid enī ille uoluerit,

perficiet

eſt, uelle ſcire quo cõſilio ab æterno uſus
ſit Deus *in cõdendis & cõſeruandis re-*
bus, & modis omnibus incõprehẽſibile.
26 *Quare reuocaui animũ meum ad*
intelligenda ea, quæ ratiocinatione inue
ſtigari poſſunt, & ad cognoſcendam im-
piam ſtultitiam & amentes inſanias.
27 Et *inuenio amariorẽ eſſe ipſa mor*
te mulierẽ, quæ una eſt inſtar uenatorum
multorũ: cor eius ſimile retibus multis,
& manus uinculis: qui charus eſt Deo,
liberabitur ab illa, peccator uerò laqueis
eius irretietur. 28 Ecce, *inquit con-*
cionatrix ſapientia, hoc deprehendi ex
cõparatione rerũ inter ſe, id quod quæ-
ritur, inueniri ſolere. 29 *Laboraui*
uſq; in hanc horam, ut conferendo offi-
ciũ fœminarũ cum ingenio & moribus,
bonam

bonam & prudentem aliquam inueni-rẽ:ſed nihil ſucceſsit, ex mille uiris, unnũ inueni tolerabilem: ex mille autem fœminis, nullam.
30 Hoc ſolum inueni, ꝗ *Deus fecerit Adam rectũ: & ꝗ ipſe cum poſteris multa magno ſtudio ſtulta repererit, quæ à ſimplici recto quamplurimum recedunt.*

Cap. VIII

QVis conferendus eſt cum ſapiente, & eo qui iudiciũ habet de rebus? ſapiẽtia hominis gratioſum facit uultum eius, & crudelitatem pellit.

2 *Attamẽ ſuadeo etiã ſapienti, ut obſeruet, quæ rex mandabit: & præſtet, ſi quæ Deo in teſtem uocato iurauerit.*

3 *Nec tu uecors & ſtolidus, tanq̃ à conſpectu illius poſsis aufugere, pertinax in malo perſiſte: quicquid enĩ ille uoluerit,*

perficiet

perficiet. 4 *Vbicunq; aliquid nomine*
regis mandatũ fuerit, ibi & poteſtatem
eſſe puta exequendi, quod mandatũ eſt:
nec audeat quiſquã cõtradicere, aut quæ
rere, cur hoc mandauerit rex. 5 *Qui*
obediens eſt mandato, non ſentiet malũ:
tẽpus aũt aduenturũ, ut ſumatur ſuppli=
ciũ de tranſgreſſoribus, non ignorat ſa=
piens. 6 *Statuit nanq; Deus tẽpus, quo*
de omnibus iudicaturus eſt: & priuſquã
illud adueniat, uarijs & periculoſis ma=
lis expoſiti ſumus. 7 *Nec ſcire cuiquã*
datur, quid illi continget: quis enim id
poſsit illi indicare? 8 *Et ſi ſciret, nihil*
illi prodeſſet: nemo enim tam potens eſt,
ut animũ ſuum contineat: nec appetente
morte uires ullæ quicquã proderũt, neq;
eſt ſpes ulla elabendi ex illo prælio, quod
nobis

nobis cum morte ineundū eſt: nec impiū
tunc ſua impietas liberare poterit.
9 Huiuſmodi plurima obſeruaui, & di
ligēter expēdi, quæ fieri uidebā ſub ſole,
quo tēpore homo in hominē imperiū ex
ercet, nō ſine malo illius, qui ferre impe=
riū cogitur. 10 Itaq; uidi impios ad ſe/
pulchrū uſq; fœliciter degere, et ipſos ue
luti reſurgere in filijs, et uerſari inter ho
noratos in loco ſancto: eos uerò q̄ bene fa
ciūt, contēmni à ciuib. ſed & hoc inſigni
uanitate nō caret. 11 Quia nō ſubitò
ſumitur ſuppliciū, de his quæ deſignant
homines, ipſi non faciunt finē intrepidè
male faciendi. 12 Cōtingit nanq; pec=
catorē centies impiè agere, & quantum
apparet, id fœliciter illi cedere: ego inte/
rim ſcio, q̄ illis ſolis bene erit, qui Deum
reuerentur. 13 Impio uerò, quantum/

uis appareat,nihil continget ueri boni:
quin & dies uitæ illius,etſi multi uidean
tur,citius umbra, quæ res nihili eſt, abi=
bunt. 14 *Eſt & alia uanitas, & fre/*
quens in hac uita: uidemus enim ea eue=
nire iuſtis mala, quæ impios ferre dece=
bat: & è contrario impijs bona,quæ iu=
ſtos accipere æquum erat: certè hoc ue=
hementer moleſtum eſt. 15 *Quare*
laudaui hilaritatē animi, nec quicq̄ uidi
melius, q̄ comedere & bibere, et frui bo
nis:hoc enim ſolū accipiet homo tanquā
ſuū ex omni moleſtia, qua ſe fatigat,die=
bus quibus uitā illi Deus cōcedit ſub ſole.
26 *Sic accōmodaui animū meū ſtudio*
ſapientiæ,ut cognoſcerē,quæ fiunt nobis
in terra degentibus, ut ſæpe nec die, nec
nocte ſomnum indulſerim oculis meis.

27 Et

27 Et conſideraui hæc tam uaria opera Dei, quæ facta ſunt, & quæ fiũt aſsiduè, & deprehendi nõ poſſe ullũ hominẽ inuenire rationẽ alicuius rei, ex omnibus, quæ tam uaria fiunt ſub ſole, etiã ſi conetur omnibus uirib. inuenire: quin & ſapiens ipſe, ſi conetur, fruſtra laborabit.

Caput IX

OMnia hæc diligenter reuolui in animo, & cõperi quòd iuſtũ, et ſapientẽ, & opera eorũ, Deus habeat in ſua poteſtate: neq; quiſquã nouit, quos habiturus ſit uel amicos, uel inimicos: cuncta enim hæc hominẽ latent.
2 Cũctæ res eodẽ interibunt modo: nec quicquã ab interitu liberũ eſt, nõ iuſtus magis, quàm impius: nec bonus & innocens, magis quàm prauus: neq; ſacrificio

Deum uenerans, magis quàm Deum con
temnens, nõ aliter interibit bonus, quàm
malus: iurare conſuetus, quàm is qui à iu
ramentis abſtinet, ne Deum offendat.
3 *Hoc moleſtiſsimũ eſt omniũ, quæ ſub*
ſole fiunt, quòd omnia abſq; ullo diſcri-
mine eodẽ modo intereunt: & corda ho
minũ interim implentur malis, ad in=
ſaniã uſq;, toto tempore uitæ uſq; ad ſe=
pulchrũ. 4 *Quandiu is uerſatur inter*
uiuos, aliquid habet amplius, quàm ſi
mortuus eſſet: ſicut canis uiuus aliquid
habet amplius, quàm leo mortuus. 5
Siquidẽ ij qui uiuũt, hoc habent, quòd ſe
ſciant morituros: mortui uerò nihil ho-
rum nouerunt, nec ſunt apud uiuos ullo
amplius in pretio, ſed obliuioni penitus
traditi. 6 *Nec amicos amplius, nec*

inimi=

inimicos, nec quos æmulentur, habent: nihil illis amplius commune eſt cum hoc mundo, quem reliquerunt, cum omnibus, quæ in eo ſunt.
7 Comede ergo læ tus cibum tuum, & bibe animo hilari uinum tuum: iandudum enim placent opera tua Deo.
8 Omni tēpore ſint ueſtes tuæ ſplēdidæ, et caput tuū aſsiduè delibutū unguēto.
9 Oblecta uitā tuā cū uxore, quā amas, tēpore quo tibi uiuēdū eſt in hac uaniſsima uanitate, qua oēs dies tui pleni ſunt: hoc enim ſolū eſt propriè tuum ex omni labore, quo te fatigas tota uita tua ſub ſole.
10 Quicquid tibi occurrerit, quod faciēdū putes, fac fortiter: nihil enim horū operū, quæ hic fiūt, neq; cōſilij, neq; prudētiæ, neq; ſapiētiæ, quicq̄ in ſepulchro, quò tu ꝑperas, inuēturus es.

 Obſer=

11 Obſeruando ea, quæ fiunt ſub ſole,
didici quòd raro adhibentur ueloces ad
currendũ, neq; robuſti ad gerenda bella:
quin & ſapientibus ſæpe deeſt, unde ui=
uant, nec habent induſtrij diuitias, nec re
rũ periti in precio ſunt, ſed tanquam ig=
naui ſemper fuiſſent, tempus & caſus o=
mnes de medio tollit. 12 Nec magis no
uit homo tempus mortis ſuæ, quã piſces
priuſquàm hamo capiãtur, uel aues pri-
uſquàm laqueo irretiantur: ſicut enim ca
piuntur illæ, ſic mors de improuiſo homi
nes illaqueabit. 13 Sed & hoc uidi,
quòd eſſet ſapientia ſub ſole, & meo iu-
dicio magna. 14 Ciuitas enim quædã
fuit parua, & uiri in ea pauci, et rex po
tens obſidione cinxit eã, & turres extru
xit contra eam. 15 Et inuentus eſt in

ea uir pauper, ſed ſapiens, qui ſeruauit ci-
uitatem illam ſapientia ſua: nec fuit un-
quam ante periculũ habita ratio paupe-
ris illius. 16 Iudicaui tum ego, quòd
utilior eſſet ſapientia uiribus corporis: et
tamen ſapientia pauperis illius, tanto tẽ-
pore contẽpta fuit, nec uerba illius à quo
quam æſtimata. 17 Verba ſapientũ,
etiam ſi non multum clament ipſi, effica-
ciora ſunt, quàm principis ſtulti uocifera
tio. 18 Sapientia melior eſt inſtrumẽ
tis bellicis: qui interim peccat in uno ali-
quo, plurimum boni amittet.

CAPVT X

Sicut muſcæ in unguentũ quantum-
uis fragrans collapſæ, ſi illic moriã
tur, unguentũ corrumpunt, et bul-
lis ueluti ſcabie obducunt: ſic parua ſæpe

*ſtultitia homini ob ſapientiam & reli-
quas naturæ dotes claro, multum exiſti-
mationis adimit.* 2 *Cor ſapientis in
dextra illius eſt, & cor ſtulti in ſiniſtra.*
3 *Quacunq; iuerit ſtultus, uecordia eū
comitabitur: & tanquam ipſe ſolus ſa-
piēs ſit, obuios omnes ſtultos appellabit.*
4 *Si dominandi cupiditas animū tuum
inuaſerit, locum priorem ne facilè deſe-
rueris: qui enim compeſcit in huiuſmodi
cupiditatibus animum ſuū, multa uitabit
& grauia peccata.* 5 *Frequens enim
eſt malum ſub ſole, quod ab imprudentia
principis proficiſcitur.* 6 *Collocantur
ſæpe ſtulti inter primos & potentiſsi-
mos, præteritis illis, qui ad res gerendas
uehementer idonei ſunt.* 7 *Et uidi ſer-
uos obequitare, tanquam nobiles ſint: &*
nobi-

nobiles,ſeruorum more,pedibus iter fa-
cere. 8 Qui fodit foueam: incidit
in illam: & qui diſsipat ſepem, morde-
bit illum ſerpens. 9 Qui proijcit
lapides, fatigabitur ſæpe iaciendo: &
qui ſecat ligna, ſentiet, quantum ea res
habeat difficultatis. 10 Si retu-
ſum fuerit ferrum, quo ſecant ligna,
quantumuis fortibus multum negocij ex-
bibebit: ſapientia uerò, difficiles alioqui
res, ſæpe faciles reddet. 11 Serpens
qui non edito ſibilo mordet, per om-
nia delatori ſimilis eſt. 12 Quæ ſa
piens dicit, gratiam habent: ſermo uerò
ſtolidi, ipſum ſubuertet. 13 Princi-
pium uerborum illius ſtultitia, et finis fu
ria quæ periculo nõ caret. 14 Stultus
ſic uerba multiplicat, ut nemo intellige-

*re poſsit, dum loquitur, quid uelit, et mul=
to minus de futuris aliquid ex illis colli=
gere.*
15 *Conatus ſtultorum, laſſabit
eos: quia rationem uiuendi ciuiliter, ig=
norant.*
16 *Infelix patria eſt, cuius
rex eſt puer, & principes manè come=
dunt.*
17 *Felix patria, cuius rex uir
ſtrenuus eſt, & principes tempore, quo
oportet, comedunt, non comeſſationibus
dediti, ſed comedunt quantum ſatis eſt
ad uires corporis conſeruandas.*
18
*Ignauia Domini domus, ſoluetur conti=
gnatio: & pigritia eius fiet, ut arceri
non poſsit pluuia.*
19 *Ad uoluptatem
parant cibos, & uinum bibunt, ut ſe ex=
hilarent, quorum nequitiæ pecunia ſup=
peditat omnia.*
20 *Tu interim ne au
ſus fueris uel cogitare ſemel, ut huiuſmo=*

di

di in rege uel principe reprehendas, e-
tiam ſi ſolus in cubiculo tuo fueris: fiet
enim palàm, ſi non aliunde, certè aues,
quæ in aere uolitant, clàm eſſe non ſinẽt.

CAPVT XI

PRoijce panem tuum in præter-
fluentes aquas, & ſcito non peri-
turum: tandem enim recipies.
2 Liberaliter egentibus tribue: ſic e-
nim fiet, ut non ſentias mala, quæ immi-
nent. 3 Vbi plenæ fuerint nubes, im
brem ſuum fundent in ſitientem terram,
& fructus arboris quocunq; loco ceci-
derit, ſiue in plaga Auſtrali, ſiue Aqui-
lonali, erunt, qui colligent illum. 4
Qui obſeruat curioſe uentum, non ſemi-
nabit: & qui metuet nubes, non metet.
5 Sicut ignoras, quomodo animo con-

iungatur corpori, et oſſa compingantur in utero prægnantis: ſic nunquàm intelligere poteris rationẽ ullius earum rerũ, quas Deus fecit tam multas & uarias.
6 *Manè ſemina ſemen tuũ, & ueſperi ne ceſſa: neſcis enim utrũ felicius proueniet, quod manè, an quod ueſperi ſeminatũ eſt, an illud quod manè & ueſperi.*
7 *Suaue eſt lumen, & gratum oculis uidere ſolem.* 8 *Interim ſi cui contingat multis annis ſuauiter uiuere, & tandẽ in memoriã reuocauerit, quanto tempore hoc ſole & lumine eius carendũ erit: iudicabit hæc fluxa, caſſa, & inania eſſe omnia.* 9 *Oblecta te adoleſcens, dum ætas eſt integra: indulge genio, & uerſare in illis, quæ animus deſiderabit, & oculi cõcupiſcent: ſed ſcito, quòd Deo red*

diturus

diturus ſis rationem de omnibus. 10
Pelle ex animo tuo iracundiã, & à cor=
pore moleſtiã: adoleſcentia enim & re=
liquum totius uitæ tempus uanitatis ſecũ
ſatis adferent. Cap. XII

HAbe ergo ante oculos creatorẽ
tuũ, dum integra adhuc ætas eſt,
priusq̃ ueniant dies pleni malis,
& anni, quibus nihil libebit boni facere.
2 Priusq̃ obſcuretur tibi ſol & lumẽ e/
ius: luna quoq; et ſtellæ, et caligo obtegat
oculos tuos. 3 Quod fiet, ubi debilitati
fuerint cuſtodes domus, & mẽbra, quib.
nũc ualemus, uirib. ſuis deſtituta fuerint:
& uiſus oculorum, qui nunc ueluti ex ca
uernulis proſpectat, deficere cœperit.
4 Vbi claudi cœperũt ianuæ plateæ, per
quã it cibus, ubi ꝑierit latratus ſtomachi,

& homo tam debilis factus fuerit, ut ad uocem auiculæ excitetur, & perierint omnia organa cantus.
5 Tunc è cœ=
lo metum, & malum in ſe caſurum, & terrores eos quacunq; iuerint, inuadent: tunc canis aſpergetur caput, & nuta/ bunt pedes, & peribit appetitus, quæ ſi= gna ſunt eos hinc migrare in domum al/ terius ſeculi: circundabunt eos in platea lugentes, ut ſublatum in humeros effe= rant.
6 Quicquid præcedit diem,
quo rumpetur funiculus argenteus, & diffluet pingue illud aureum, & commi= nuetur hydria iuxta fontem, & fractis rotis currus in foueam per præceps ruet.
7 Et reuertetur puluis in terram, un= de ſumptus eſt, & anima redibit ad Deum, qui dedit illam.
8 Vaniſsima
ſunt

*ſunt omnia, inquit Eccleſiaſtes, & nul-
lo tempore non uana.* 9 *Et quia ſa-
piens erat ſupra omnes alios Eccleſia-
ſtes, multa alia populum docuit: diligen-
ter enim ſcrutando omnia, multa inue-
nit ad ſapientiam pertinentia, & multa
reſtituit, ſapienter ab alijs dicta.* 10
*Studioſus ualde fuit hic concionator, ut
utilia & ſcitu digna inueniret: quæ au-
tem inuenit, bona fide chartis manda-
uit.* 11 *Verba ſapientum ſunt ue-
luti ſtimuli, & ueluti claui uiri ſtudioſi,
qui alijs inculcant, quæ ab unico paſtore
Deo, ut illis excitemur, donata ſunt ip-
ſis.* 12 *His paucis fili mi admoni-
tum te puta: ut autem omnia perſtrin-
gantur ſigillatim, ne plurimis quidem li
bris fieri poterit, & labor multa ſcri-*
bendi

ſcribendi corpus defatigat. 13 *Finis*
omniũ rerum, qualis ſit; iam auditũ eſt:
tu Deum reuerere, & mandata illius ob
ſerua: illo enim ſolo acquiritur, quic-
quid uerè hominem & ſolidè beatum fa
cere poteſt. 14 *Nec ignorare De-*
um putes, quæ tu facis: omnia nanq; di-
ligentiſsimè expendet, ſiue bona fue-
rint, ſiue mala, etiam ea quæ
nobis uidentur peni
tus occulta.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASILEAE APVD NICO-
LAVM EPISCOPIVM
IVNIOREM,

ANNO M D LIII


EPI SCOP.

1-6-2